

Ya
1617

V, 34.

2, 257.

Dono accepti à Dno. M.
Joh: Paul. Arenz, Pastro-
re primario et Superint.
Helitiano die 2 Junii
1749.

~~episcopo Helitiano~~

!

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its lightness and the texture of the paper.






AMPLISSIMIS PRUDENTIA, ERUDI-
TIONE, VIRTUTE, ET INTEGRI-
tate Viris spectatissimis.

Dn. CHRISTOPHORO IEGE-
RO,



Dn. M. ANDREÆ FISCHERO

&

Dn. ESAIÆ VVIPRECHT
Consulibus, cæterisque Reipubl. DELITIA-
NÆ assessoribus dignis. fautoribus &
Mecœnatibus meis perpetuâ observan-
tiâ colendis.



A 2


 *N* hac ultimâ mundi senectâ atque
exulceratissimo, perturbatissimoq;
rerum omnium statu & fatalium
malorum concursu, Viri amplissi-
mi, prudentiâ, virtute & doctrinâ
præstantissimi, complures optimarum artium stu-
dia non tam utilitate, jucunditate ac necessitate,
quàm lucri potissimum cupiditate metiuntur, ma-
gnifaciunt & amplectuntur, eaq; ratione ~~de~~ ~~quod~~
lucri bonam spem præseferentes, quærentur va-
ria, questuosa artes exercentur, diversaq; tra-
ctantur & laudantur materiæ, quandoq; etiam
res parum utiles ac ridicula miris evebuntur mo-
dis, & ab omnibus plenis laudantur buccis, adeo
quidem, ut excudendorum librorum modus penè
nullus inveniri queat. Interim verò in tanto
eruditorum hominum numero perpauca sanè exi-
stunt, qui patriam suam peculiari quodam studio
inquisiverunt, posteritatiq; commendârunt, ac
illam, quæ, uti eloquentiæ Romanæ Dux & Cory-
phæus Cicero affirmat, omnes omnium charitates
complectitur, hoc Encomij sive prædicationis ho-
nore affecerunt. Et cum aliàs laudabilis, ac Deo
debi-

DEDICATORIA.

debita sit gratitudo, laudes civitatum, in quibus
vera DEI splendet notitia, & secundum præscri-
ptas leges, cum jure nature concordantes, custodi-
tur tranquillitas, artiumq; studia ac disciplina
munificè foventur, non saltem privatâ aliorum
approbatione, sed etiam publicâ μνημόσιν & illustri-
bus Musarum flosculis immortalitati commendare.
Siquidem tota hominum, quæ in urbibus versatur
societas, nihil aliud est, nisi legitima quædam cœ-
tuum κατάσεισις, non casu aliquo fortuito aut ex
atomis conflata, sed mirandâ divini numinis sa-
pientiâ constituta, in qua per certum τῆς πόλεως κρη-
τὴν pax & disciplina stabilitur publica, quod genus
humanum de vero DEO erudiri, liberi educari,
& æterno DEO æterna Ecclesia colligi possit. Nec
displicet divine sapientie justis inter cætera cele-
brare elogijs præstantium virorum animos heroi-
cos, qui verè sunt ordinis Politici κοσμήματα, ut non
modò in vita communi gloria & honestas fame
tueri, justis & virtute præditi ab injustis & scele-
ratis internosci queant, verùm etiam, ut tan-
quam κατόπλες profint alijs, intuentibus in ejus-
modi Rerum publicarum columnas, quo & illis-
ipsis ad amplectendam virtutem subdatur cal-



EPISTOLA

car atq; stimulus. Quare cum jam olim tra-
ctum patriæ nostræ amœniß. aëris salubritatem,
ruris atq; agrorum feracitatem, hortorum & pra-
torum jucunditatem, amnium & fontium com-
moditatem considerarim: mœnibus ac fossis insu-
per oppidum contra hostium vim atq; impetum
ἀνέλπιστον esse circumcinctum, & ædificiorum non
incultâ οἰκοδομήν & Senatusconsultu decoratum,
optimorumq; hominum multitudine divinitus co-
aluisse viderim: rem hanc immortalî memoriâ ac
scripto digniß. existimans, bono ac simplici studio
pro virili aggressus sum quadam de structurâ,
Ecclesiâ ac Republ. illius scribere, quantulum qui-
dem temporis à publicâ scholastici muneris διοικήσεως
intra privatos parietes hætenus mihi fuit con-
cessum. Verum enimverò, ut susciperem hunc
laborem, eò adduxit me partim natura dux, par-
tim Platonis autoritas, qui inter alia ortus nostri
partem patriam sibi vendicare, optimè differit:
tum ut qualicumq; hac meâ opellâ alijs quantulam-
cunq; saltem præberem ἀφογυλῶν calamo aggredi-
endi & pertractandi hujusmodi vel similes Topo-
graphicas: tum alijs persuasus sum rationibus, quæ
opponi possunt dicacitati importunæ quorundam,

si qui

DEDICATORIA.

si qui sunt, malevolorum hominum, quâ civitatem seu incolas potius oppidi satis acerbè & intempestivè perstringere, scommatibusq; amarulenter impetere forsitan non erubescunt, ut Sycophantis istis sint hi labores quasi quaedam oscicula, canum latratibus objecta, ut quæ rodant, mox in promptu ac propatulo reperiant. Etsi enim inter tot homines quidam sunt, qui à recto virtutis & honestatis tramite exorbitant, ista tamen particularitas non mox, juxta Logicorum ratiocinationem, transferenda est in universalitatis quendam generalem Canonem. Nec opprimere DEUS delectatur totam aliquam societatem propter paucorum hominum nevos & delicta, sed semper conservare sibi vult inter media ista zizania cœtumpium & honestum, uti temporibus Nohe hoc sese facturum seriò attestatus est, & aliàs codex Biblicus exemplis divinæ misericordiæ luculentis sit locupletissimus. Neminem autem bonorum & candidorum hominum scopticè me sigillaturum puto, quòd sub finem lib. 1. in Ἀγέα φῆν ἄδιον mearum (quæ quendam prospectum in apertissimum campum versus Orientem, Occidentem & Meridiem à superiore contignatione exhibent)

EPISTOLA

Quos versiculos etiam
 Clariss. &
 Excellentiss. Poëta
 Frideric.
 Taubman-
 nus cum
 cæteris probabat.

locorum aliquot in remotissimis finibus disitorum,
 mentionem fecerim, quasi ineptias splendidas &
 ridiculas hic aucuparem, quæ loca in vexi ad dele-
 Et andū quàm offendendum potius Lectorem, quem
 inter cætera præcipuum Poëtarū finem existimant
 Poëte, uti Flaccus pronūciat, & satius esse arbitror
 istiusmodi hyperbolicas locutiones, Poëtis usitatissi-
 mas, carmini immiscere, quàm obscænas quisquili-
 quibus nonnulli conspurcare scripta metrica coràm
 oculis honestis minimè verentur. Et cum ista loca
 ut plurimum versus prænominatas plagas sita sint,
 situsq; τοῦ λογισμοῦ demonstrari possit, quidni liceat
 huiusmodi lusus Poëticos bono animo κατὰ τὸ αἰδιόεν
 inferere. Ideoq; non me mendacij importuni
 quispiam accusabit, si admiserim σὸ Φισμα, quod
 Dialecticorum hortuli unanimiter κατὰ τὴν ἁπλῶς
 vocitare, jam pridem, etiam ante istorum homi-
 num, qui nil nisi sapientiam altis spirant naribus,
 acerrimi judicij originem assuefecerunt. Non,
 eo inficias, me intermisisse res non paucas, quæ vel
 decus & dignitatem antecessorum vestrorum con-
 cernere videbantur, civitatisq; ipsius εὐδοκίας dece-
 bant, atq; propterea æternitatis memoriam inter
 cætera merebantur. Nec operæ precium etiam

esse

DEDICATORIA.

esse sum ratus, in his singulis & universis enar-
randis tam anxiam navare operam, sed rerum
precipuarum specimen duntaxat aliquam osten-
dere satis esse arbitratus sum. Quare non adeo
sublimi & erudito carmine, (atpotè qui Poëticum
studium inde usq; ab ipsis, quod ajunt, crepundijs,
amavi) patriam quodammodo depingere libuit,
& spero, hanc operam, quam pro publico testimo-
nio ob merita vestra multiplicia vobis consecro
V. P. minimè fore ingratham, sed libenter hœc qua-
le lecturam & accepturam, meum studium proba-
turam, patriæq; civitatis ac Reipubl. laudes caudi-
do animo amplexuram esse, omninò confidens, per
se fore scripti lectionem plurimis gratam, quan-
doquidem quisq; pro innatâ sœpè patriæ delecta-
tur laudibus, quas si non tam polito ac eleganti,
uti quidem decuit, metro contexui: tamen quo-
niam conatus quoq; illorum, qui optato successu
destituuntur, voluntatis laudem eximiam deme-
reri soleant, in optimam partem, quicquid id est
V. P. queso accipiat, & hunc libellum ob vestras
& Reipubl. laudes, ut quæ celebratione dignæ
sunt, & optimam famam apud peregrinos insuper

a s homi-

EPISTOLA

homines vobis sint genitura, tum propter communis patriæ splendorem, benevolè tueatur. Eo enim pacto & vos posteritati consulturos autumo, si vestigijs vestris insistens, ac vestrae Virtutis emula vestram Rempubl. honestis moribus, laudatisq; institutis aliquando administraverit. Quod quidem vos in præsentia tanto studio præstatis, quo majori vix possitis, & antecessoribus vestris in possessione veræ laudis, si non potiores, certè tamen aequales esse conamini, atq; in hoc præclaro virtutis certamine non parum auctoritatis vestris nepotibus conciliabitis. Verùm ita tandem vos patriæ profuisse posteritas fatebitur, si literarum & literatorum accuratam rationem, quæ laus huic vestrae civitati assidue fuit propria, adhibueritis. Precor autem Filium DEI, Servatorem nostrum, tanquam unicum Ecclesiarum & Rerumpubl. tutorem ac gubernatorem, ut nostram urbem clementer custodire, vestrisq; consilijs benigniter adesse dignetur.

Serva, ô æterne DEUS, inter nos Verbum tuum, & largire pacem ac publicam terris nostris tranquillitatem, rege cætum tuum pusillum in his miseris senescentis mundi fecibus, omniq; tumultu

belli.

DEDICATORIA.

bellico, quo impij tyranni grassantur & concutiuntur Ecclesiae. Defende hos inter fatales poenas ac molitiones sanguinolentes, quae minantur horrendam *αιδωσιων* imperijs. Defende Ecclesias, Respublicas, Scholas & domicilia doctrinarum ac studiorum, dissipa gentes, quae facibus ac telis accinguntur. Reprime furorem Turcarum, Antichristi & asseclarum ejus, qui parricidialia bella per organa sua inflammant, quibus Ecclesias dissipare, invocationem & veros cultus mendacio decolorare & extirpare, idolatrias, errores & blasphemias stabilire conantur, excidium, caedes & vastitatem infinitam intentantes, confunde eos in ira tua & dissipa conventicula & factiones ipsorum execrandas. Averte quaeo pessima morborum pestiferorum, quae passim ubivis ferme locorum grassantur contagia: sis propitius & mitte populo tuo transgressiones suas propter Filium tuum ac gloriam nominis tui: adesto in hoc summo rerum discrimine, & tuam potentiam, praesentiam & auxilium divinum nobis ostende, ut tua protectione defensi, Verbum tuum audire & discere, teq; protectorem nostrum laudare, celebrare, tibiq; indefinenter gratias agere possimus: id quod

ratum

EPISTOLA DEDICATORIA.

ratum & firmum in nobis omnibus esse jubeat Spiritus gratia & precum, veris gemitibus oro. Bene & feliciter in CHRISTO Valet. Per script.
*& Dat. ex aedibus meis, in plateolâ equestri minore
sitis, Anno 1614. Festo Divorum Apostolorum Pe-
tri & Pauli, quod mundinis DELICENSIUM
primarijs solenne & celebre est.*

V. P. & A.

Subjectis,

*M. Hieronymus Heiden-
reich, Ludi literarij
ibid. Collega.*



IN LAUDEM PA-
TRIAE ET AUTORIS, PA-
TRIAM DIGNE SCRIBENTIS.



*Non te Piërio carmine prosequar,
O & Delitiæ & dulce decus meum,
Cui candor in corde, ad latusq;
Simplex & veterum fides.*

*Quem doctarum edera premia frontium
Dis miscent superis. Robur & es triplex
Apollinis circa cor altum,
Doctæ militiæ labos.*

*Testatum WITBERGA id facit omnibus,
CHRISTI perpetuò pura pedissequa,
Rosarium magna medela,
Fanum justiciæ sacræ.*

*Opulcrum caput, ò pectus idoneum
Natis. Pro patria discupis in Schola
Adire pugnas, esse nigrum,
Multo pulvere & illius.*

*Sic te exempla movent, ut meritò movent,
Subdunt illa tibi calcar & acrius.
Ad maximos ducunt labores,
Ut te non saturet quies.*

A

Hinc

Hinc es sollicitum non mihi tadium;
Et desiderium, curaque non levis.
Semper iuventutem tenellam
Magno quæris anbelitu.
Scribis Mæonij carminis alite
Non incendia Carthaginis impie.
(Ne magna cum magno fragore
Multo pulvere collinis)
Non Martem tunica tectum adamantina
Nigrum Merionen pulvere Troico,
Aut Palladis magno favore
Tydeiden superis parem;
Audax ingenii pectoris impetus
Instigat calamum, ut DELITII SOLI
Monstres colorem, frontem, ocellos,
Renes, ventriculum, jecur.
Non jactas genus, & nomen inutile
Urbis. Forma nitet nomine cum suo.
Quis dicat inclementer artem in
Præsentem? magis adprobet.
Turides Patria primus adorea,
Dum non est animus Deliciarum egens.
Inemori sudas in illis,
Et notas alijs facis.
Dignum laude virum Musa vetat mori,
Te cælo beat & Piæridum chorus.
Ut, Gratia volunt, fruaris
Optatis epulis Jovis.
Doctis carminibus gaudeo, cum lego,
Per quæ Spiritus & vita redit mihi,
Nodo coërcent viperino
Si me sæpè homines mali.

Crescis

Crescis laude recens. Ære perennius.
 Urbis stat monumentum: haut Aquilo impo-
 Id diruet, non imber ullus, (tens
 Non multi fuga temporis.
 Curras curriculo Zoile pessime in
 Ædes invidia. Zoile pessime,
 Abito, queso, vapulabis,
 Debes ludibrium noto.
 Si me non revocent & labor & preces
 In templi cathedra, & cura domestica,
 Consentit astrum jam peraque
 Urbem pingere versibus.
 Quid sit DELITIUM, DELITIUM vetus,
 Et vena Lyrica DELITIUM Sacrem.
 Non Zoili turpis Senatam
 In cor condoco consilii.
 Olim DELITIVM, DELITIVM meum,
 Non tristes hyemes, non rabies Noti
 Deterreant illud. Velocem
 Non mortis videat gradum.
 Divis orte bonis, CHRISTE sacerrime,
 Custos urbis ades. Sis vigil omnium.
 Verbi redonato colorem,
 Amissum merita luce.
 Lucem redde mea Dux bone patrie.
 Instar veris enim vultus ubi tuus
 Affulget, it lux grata. Soles
 Nunc omni melius nitent.
 En desiderijs ista fidelibus
 Querit Theologum patria STRAVCHIVM,
 Invenit & Jova annuente in-
 audit Patria STRAVCHIVM.
 A2 (Tecum

(Tecum vivere amem, tecum obeam libens.
Mens in mente rei Theologæ jacet.
Venis in eruditis est sepulta.
Pro te bis patiar mori.)
O serves anima dimidium meæ.
Nos irrupta tenet copula (plaudite)
Concordia in verbo atq; vita
Absint nunc querimonia.
BORNERVUM incolumem tu quoque reddito.
Nos irrupta tenet copula (plaudite)
Concordia in verbo atq; vita
Absint nunc querimonia.
Æstus officij diluere efficax
Esto, gens ruit ut per vetitum nefas.
Da Spiritum rectum in tonando.
Hilum proficiat malus.
Da JESV Pater & sons Sapiaentia,
Velum Justicia: illo rege curiam,
Et curia Patres, ut adsit
Juris cavities sacra.
Patres Entbeavis commoveat diu.
Sint pro sollicitis non taciti reis,
Vestem fides albam resumat.
Sint templa in precio & Schola.
Plebi perpetuus quo favor annuat
Cælestum patrijs è regionibus.
Desidero, exopto, voloq;
Flent mites Zephyri in domo.
Hic bellum lacrymosum, hic miseram famē
Pestemq;, à populo dia benignitas
Nunc arceat: non afflet ades
Nostrorum malus balitus.
M. Balth. Francus, Eccl. Patr. Archidiac.

In M. Hieronymi Heiden-
reichij

DELITIUM DELITIARUM.

PRæcipuum decus est urbis, si templa scholæque
Salvifici verbi dogmata pura sonant,
Atque Sacramentis utantur, ceu jubet ipse
Rex regum, quò sint anchora firma pijs.
Cætera nam bona sunt tanùm *δέλγητες* putanda,
Quis mensutenis capta perire solet.
Quare DELITIVM cum sint mysteria tanta
Salva tibi, varijs affluis inde bonis.
Hospitium CHRISTO quia præbes, quæq; ministrat
CHRISTVS, quæ decorant teq; tuosq;, VALE.

*M. Johan. Rithovager, Wittebergensium
Ludi-Rector.*

FEbrim, stultitiam, caputq; calvum,
(Et quæ non alia execranda monstra?)
Laudarunt alij: sibiq; laudem.
Magnam ex materiei iniquitate
Deberi statuere: non iniquè.
Quid tu? quæ tibi gloria relicta
Spes? qui DELITII vireta sumis
Dignis tollere laudibus sub astra,
Communi loca calculo probata.

*Verum ne timeas : fat alta laus est,
Communi loca calculo probata,
Dignis tollere laudibus sub astra.*

M. Nicolaus Selneccerus.

*Ad Doctissimum & Praestantissimum virum,
Dn. Magistrum*

HIERONYM. HEIDENREICH,

Scriptum

à Davide Erhardi, Schol. oppidanæ Witteb.

Cantore

th̄s Philias Evener.

FORMA perit: pereunt & opes: LABOR extat HO-
NESTVS,

Fertur & à sera posteritate, DIV
Qui cupit ergo DIV volitare per ora virorum,
Huic LABOR in precio semper HONE-
STVS erit.

Et fuit, est, & erit cordi tibi semper HONESTVS
Ergo DIV stabit laus tua, amice, LABOR.

S Cilicet hanc sese contermina patria ecelis
Efferet, obscuri nominis impatiens,
Evolat illa, citas tua Pieris adplicat alas,
Ingenij plus quam Dædalei istud opus,
Qui patriam doctis describit versibus, illam
Usq; per aetherias promovet ille plagas.
Delitium tibi magno honos, tibi gloria parta est,
Donec bonos carmen, gloria dumque manet,

Secula

Secula fera legent, quamq̄, Heidenreichus olim,
Subjicient, docti carminis auctor erat;
Exterus hac aliquis leget, & quam visa placebit,
Inquiet, urbs, que tam carmine lecta placet;
Conspectam procul ostendet, comitig, viator
Tœdia sollicitus fallere longa via
Inquiet: Hæc illa est patria Heidenreichij alumino,
Olim exquisito concelebrata metro.
Obenè! qui laudat, & qui laudatur, uterque,
Alter in alterius vivere laude potest.

Johannes Gruber. Hein. Schol.
V Vitteb. Oppid. Collega.

Μηδέν κρυπιάδι, Ἰστωρεὺς συμφέρσανδρων,
Καὶ παρῆχθ' μηδέν κτήτορι κέρδι εἰώ
Ἄλλ' ὅς πλεῖστον εὖν μερόπεσι δανείζθ', ἔκειν
Συμβάλλειν δύναται χρήσιμον ἔνθα μέγα:
Τῆνεκεν δ' ἄγαγεις, προδιῶς ὅτι προπὰ φίλιση
Σῆς φύσεως, κέρδι κ' καλὰ ἐνθα μόνεις.
Ἐμμενε εἰν δόχῃ πόλεως καὶ ἕϊδος μελεσσι
Σοῖς πλείους, λήψῃ τῆνομα ἔνθα καλόν.
Τῆτ' ἔργον ἵθεμα ἀψευδῶν πολλ' ἐν παίνω,
Ὅνομα ἐχυσάω καὶ σοὶ ἀμοιβὴν οὐκ ὀκνῶ.

Johannes Klette / Brandensis,
a studijs Lipsiæ.

Ad Delicium oppidum.

Delicium obscuris latuisti huc usquè tene-
bris,

Delicium quamvis Misnidos orbis eras;
Nunc

Nunc Heidenreich Iuvat inclarescere luce,
Quam tibi dat Musa per monumenta sua;
Premia quæ referes præconi, cuius ab ausis
Notumeris Eois Hesperijsq; plagis?

AD AUCTOREM

Hic dum Delicij decenter urbis
Versu delicias canis venusto
Heidenreiche: quis esse te negabit
Phœbi delicum & novem sororum?

Adamus Tülsnerus Ileburgensis
Studiosus Lipsensis.



DELI.



DELITII
MISNIÆ OP-
PIDI
LIBELLUS PRIOR.



DELITIUM, benè Misnia-
cis urbs cognita terris,
Quæ mihi nascenti felices depluit
auras,
Fausta meis præbens natalibus o-
mina quondam,
Et solido constructa canam rubra
mœnia saxo

Illius, ex omni quæ circum parte profunda,
Arabit fossa, vagis & proluit alveus undis,
Qualia SAXONIÆ perhibent struxisse DUCISSAM.
Ergo Pærijs sub plectrâ sonantia chordis
Dum Patriam redigo, præsens mihi CHRISTE, faveto,
DELITIVM cujus semper sub numine nostrum est.
Da faciles cursus, & honestis annue cœptis:
In solidum te, magne DEUS, laus ista manebit.
Vos reliqui Patriæ Divûm pia cura Poëta,
In tantas mecum pariter consurgite laudes,
Et digno patrios versu celebrate recessus.

B

Exigit

Locus Nat-
ality.

Muri.

Origo.
ἐὐχὴ καὶ
ἀποσποφῶ.

Exigit hoc pietas, poscunt hoc pondera rerum.
Plaude loci fortuna, meosq; tuere labores,
Prælustris veteris seclorum gloria norma,
Fertilis ingeniis, insignis & artibus, atq;
Divitiis aliis vite quas postulat usus.

Quamvis Phœbeus mihi non chorus exhibet undas
Castalias, tenui vix hinc aspergine nostram
Illustrans Musam: tamen audeo stringere pennam,
Ac levibus numeris humiles intendere chordas.
Forsan Apollo DEVS vatum quid carminis ultrò
Objiciet, per quem concordant carmina nervis,
Carmina DELITII proprias redolentia laudes.

Ecquis erit, tanta mecum se credere puppi
Qui cupit, & placidos captis concedere ventos?
Vester honos Heliconiades & gloria nostris
Quæritur inventis, mihi vos non dira canenti
Necbite videtur crescentia carmina seclis.

At valeant penitus mordacis scommata Momi,
Cujus nequaquam me garrula lingua movebit,
Quo minus accingar patrios describere muros.

Singula rimari versu quia sæpè molestum;
Quare delicias promam solummodò summas,
Doctior opto mea patria tentoria nostros
Post cineres, fortassis erunt majoribus aucta
Viribus, illustret pede nobiliore, libenter
Permittam licet ille meum quoq; nomen obumbret,
Hinc modò splendidior laus illius extet in orbe,
Interea primos gratæ pietatis honores
Cantando Patriam mihi, qua volo præmia, linquet.

MISNIA terra viris præstans hanc continet urbem,
Tellus fluminibus, multis & florida Silvis,
Quæ spectat varias vario sub sidere gentes,
Terra sub Arctoïis quâ vix illustrior oris.

Principibus

δοτοσ ποφν.

πεοτασ.

DELIT. MIS-
nia oppidum.
Laus Misniæ.

Principibus generosa suis, clarissima bello,
Uberrate soli, fulvis opulenta metallis,
Frugibus atq; ferax, dulci fecunda Lyao.

Pinea sed Patria priscum dedit assula nomen,
Incola quam quondam calcavit, nempe palustris
Undiq; DELITIUM circum cum cingeret unda.

Vandalus à vitulis nomen lactentibus indit,
Quos cum fecundis numerosè matribus urbes
Antè frequens aliàs herbosa in pascua cogit
Fertile DELITIUM, quod DEL monosyllaba signat.

Hoc non raro licet nimbofi murmure venti
Infestent: Zephyri tamen hac attemperat aura,
Blandidior, dum grata solent moderamina fratres
Addere perpetuo, terris pelagoq; potentes
Aeolij gratas omnes ex aëre vires
Ut repetant homines, & robore corpora crescant,
Optimus ingenijs vigor & solertia vivax
Mentibus accedat, virtus quam vivida firmet.

Est quoq; sub cœli positum regione sereni,
Aër quàm raro corruptos excipit Austros.
Non lenes Zephyri morbos, pestesq; furentes,
(Quippe magis tepido suffusi lumina rore
Agros demulcent, & lenia frigora spirant)
Nec nocuum spargit corruptior aura venenum;
Illam sed Boreas felici personat ore,
Immutans frigus iusto glaciale calore
Humores nec non spissas fuligine nubes
Dispellit, varians equo pro tempore frontem.

Non vapor infestus terris exhalat ab imis,
Nec loca morbiferis viciat vicina lacunis.
Turpes non rapido siccantur sole paludes.
Non cœlum ignavos includit nubibus æstus,
Multà tecta premens caligine, pestifer unde
Sevis tempestas solet incandescere morbis.

Etymon appellationis à Germanico Dielten.

Vandalus derivat à vitulis.
Quidam ob loci amœnitatem derivant à delitijs.

ωεγναται-
ανψις.

Aerea & cœlestis regionis.
καταιψις.

Istud nec nebulis, fumatvè lacustribus undis,
Noxia quæ diræ gignunt contagia pestis,
Dura sed interior tellus, riviq; salubres
Per puros leni decurrunt murmure campos.

Frumenti copia
& agrorum
cultura.

Optima sufficiunt urbi frumenta quotannis,
F.uctibus & varijs autumnî munera florent,
Quæ fert alma Ceres, frugum mitissima mater,
Mater læta Ceres, blandi indulgentia cœli
Usq; tibi vires pluvijs ac sole ministret.

Herbida multiplici respondent arva colonis
Fœnore, dentatis prout insectantur aratris.
Annuus unde venit victus mortalibus agris.
Rustica plebs tanto, subigendo vomere glebas,
Rura colit studio, sic ut sua concoquat intus.
Semina, terra suas & opes ita culta ministret,
Ut locuples sulcos oneret benè frugibus annus,
Sic faciles reddens culmos latissimus agris,
Sæpius ut gravida devincant horrea messes.
Hinc tot longinquas frumenta vehuntur in oras,
Continuè cives certant quæ vendere, centum,
Quot vix plaustra queunt validis portare caballis.

PORTÆ.

Porta læta sive
Lipsensis versus
orientem.

Pons Saxon.

Porta Halensis
versus occiden-
tem.

Turres Portis
contiguæ.

Turris læta
altissima &
magnificè ex-
truda.

Octo tenet portas, BINIS laus unica cedit,
Quæ reliquas opere, & firmo molimine vincunt.

Auricomi vergit rutilos HÆC solis ad ortus,
Hinc ad LIPSIACAM per quam contenditur urbem.

EX denso lapidum stat pons congestus acervo
Illius, artis opus solers, multiq; laboris.

ILLA sed Hesperias partes perlustrat, ad HALÆ
Mania quæ componit iter præcelsa viator.

Has juxta celsa stant turres, præter honestos
Ufus quæ decorant muros, patriamq; coronant.
Eminet inter eas LÆTA, illi debita LATO
Nomina de vico tribuens quàm ritè vetustas.

LIPSEN-

LIPSENSI statuit Porta, quæ pondere molis
Saxoso quævis superat fastigia, qualem
Extruxisse ferunt Nimrotus, similemque, Lacena
Unde Pelasgorum potuit dignoscere castra.
Emicat in summo globus hic argenteus axe.
Culiu quadrata constans educta figuræ
Crassâ murorum scandit compagine cælum.
Certa gravi circum clangore hanc personat hora
Edit ab impulso quam concavus ambitus ære.
Bis vix octo gradus forsandum scandis, ad alta
Saxeâ quæ ducit, penetralia cochlea cæcus
Occurrit carcer, terror prædonibus ingens.

Sedulus antiquo vigil hic industrior Argo
Lumina continuò commissa per oppida volvit,
Ac omnes urbis partes perlustrat & idem
Nescius ignavo penitus succumbere somno,
Per campos oculis unâ spaciatur apertos,
Observans subito ne non speratus inermes
Securæ patriæ cives fors obruat hostis,
Nevè vorax sese tectis clam misceat ignis,
Tristia, tale videns, omnem dat signa per urbem.

Hic quoque seu surgit, medium seu trajicit axem
Seu premit occiduis consinia littora Phæbus,
Dulcisonas inflare tubas, ac ære canoro
Impiger Aonios annitens pangere cantus,
Corda virum vario mulcet modulamine vocum.

Sapè peregrini longis à tractibus orbis
Si quos adventare DUCES, & flectere currus
Conspicit ad portas, pariliratione receptat,
Civibus & leto venientes prodit honore.

Non minus HALLENSIS vergens ad sidera TUR-
RIS,

Saxorum niveo resplendet utringue colore.

B 3

Tur-

Nimrodus ty-
rannus Chusi fi-
lius Chami, ne-
pos, vir audax
& strenuus, tur-
ris Babylonice
exstructor.
Lacena mulier
ex Laceniâ re-
gione Pelopon-
soli à nume-
ro 100. civitat.
Hecatompolis
appellata. Vide
Strabonē. Plin.
Virg. 2. Georg.
& 2. Æneid.

Ὠρεβόλη.
Horologium in
hâc turri.

Carcer subter-
raneus aspectu
horribilis.

Buccinator
habitans in
summitate
turris.

Agens excubias

Tubas inflando
incolas exhiben-
s.

Viros Principes
peregrè adven-
tantes tubis
excipiens.

Turris Halen-
sis, Porta con-
tigua non mi-
nus sumtuosè
extructa.

Ἐπεὶ βολῆ
Globus Inau-
ratus in sum-
mitate turris.

Horologium in
hâc turri.

Carcer gemi-
nus.
Prior cives im-
morigeros coer-
cet & intra
officij metas re-
tinet.

Posterior im-
probos nebulo-
nes cum calu-
mniatoribus
punit.

Turriculâ superâ nitido globus emicat auro,
Cinctus Supremo cum parvis vertice pinnis:
Pulcris vix oculis valet has apprehendere quisquam,
Quas superimposuit præstabilis arte Magister,
Obscœna fœdent volucres ne forsitan aurum.

Haud secus ex omni, feriens banc pervius aër,
Parte dat argutos sonitus in culmine turris,
Concitat artifice quos aenea machina motu,
Artis quam fabra finxit celeberrimus autor,
Quodq; opus auratis Zypbris in fronte tabella,
Molis quam monstrant externa cacumina prodit,
Ceu digito spaciis signans equalibus horas,
Nil quibus utilius, totoq; salubrius orbe est.

Duplex hic latitat carcer, quorum unus inertes
Arctâ ceu caveâ cives, qui forsitan honestas
Legum transilière vias, includit, ut inde
Scilicet officij memores, audire Senatus
Arbitrium, nocuos posthâc desuescere mores,
Rectius & discant sine crimine ducere vitam.

Alter at horridior nebulones frenat opaco
Aëre, qui levibus sunt ausi ledere dictis
Augustos proceres, illorum dente maligno
Famam rodentes, ac in veneranda Senatus
Membra, regunt sanctis patriam qui legibus urbem,
Impia jactarunt dira convitia lingue,
Aut scelus audaci patrârunt mente nefandum,
(Veram de tumido probitatem corde fugantes,
Et multo fœtias ducentes crimine lucas)
Cujus ob offensam digni censentur obire
Intus vel pavido miserandam pectore mortem,
Turpiter aut etiam Scythicas pellantur in oras,
Debita legitimi poscit velut ira Senatus,
Tales qua cogit multos erroribus agros

Explere

Explere, & varijs ignotum querere ter ris
Exilium, vitamq; gravi in maxore fovere,
Ac male perpetuis consumere luctibus ævum,
Cautius ut mentem demum ratione gubernent.

Æde vacat nullus quamvis vilissimus urbe
Angulus. Existunt, per quas hominesq; rotaq;
Ire queunt, Plateæ rerumq; negotia possit
Quisq; suo tractare loco: nihil impedit ordo.

Innumeris constat tectis, altisq; decora
Turribus, eximie Superas consurgit in auras
Urbs, atq; extructas miratur sumtibus ædes.
Quamvis non adeo sublimibus alta columnis
Culmina tectorum cunctis stent cuncta plateis:
Alta tamen plerasq; domos fastigia dignis
Commendant modulis, formam, cultumq; venustum
Illarum meritâ semper decorantia laude.

Asi totam tenui molem percurrere Musâ
Quis potis est? at apes veluti per rura volantes
Herbas non omnes gustant, sed carpere saltem
Præcipuo suescunt dulces è germine succus.
Sic non cuncta canam fulgent quibus oppida tectis,
Spectandasq; vices rerum, cunctasq; domorum.
Cultus aut species: ea si contingere possim
Sufficiet, dignas tribuunt quibus oppida laudes,
Adjiciuntq; suâ decus hinc præstabile dote.

Eminet hæc inter regnatrix CURIA, multis
Plena domus curis, distincta sedilibus amplis,
Parietibus nitidis, & condita mole nitente.
Quanquam non secto de marmore limina surgunt:
Attamen hic Pietas, fideiq; gubernat alumna.
Hic Astræa viget roseo venerabilis ore,
Æquali pensat trutinâ quæ singula mundo,
Præmia concernens justis, pœnasq; scelestis.
Hic regit alma Themis, niveo pulcherrima vultu,

Plateæ.

Ædes.

μεγληψις.

Ædificiorum
venustas.

ὁμοίωσις
ab apibus.

CURIA.

Astræa Jovis &
Themidos filia,
justitiæ antisti-
ta, vide Ovid.
Metam.

Eunomie est
recta legum ju-
risq; constitutio,
quo nomine
Dea illa appel-
latur, quam
Demosthenes
alteram judi-
ciorum presi-
dem facit.

Turricula in
summitate te-
ti me dij.

Senacula tria.

Senaculum
judicis.

Senaculum in
quo ordinarius
Consul cum se-
natoribus cau-
sas agit:
Effigies Ducum
Saxonie.

Consilij firmans dubitantia pectora sanis.
Assidet Eunomie solio spectabilis alto,
Aurea quam sequitur Sophie, qua provida rerum
Prospicit eventus dubios longè antè futuros,
Eloquio circum quam gaudet candida Pytho,
Que sensus animi fido pronunciat ore,
Lenibus & rabidam placat sermonibus iram,
Cum rapit in variam cives discordia mentem.
Omnigenum longo chorus hic ex ordine tandem
Virtutum clarà graviter versatur in aede.

In medio tecti stat parvula vertice turris,
Aurea quam super auratà vexillula Spherà
Fulgurat, in cujus vacuo campanula pendet,
Raucum qua sonitum commoto jactat ab aere,
Cujus ad impulsum concurrunt undiq; cives,
Sapè Magistratus suetis quos convocat horis.

Est intus passim firmis suffulta columnis,
Et nitidis ubivis conclavibus alta refulget.
Que TRIA precipuo tingens hypocausta nitore,
Ipsa Venus lepido quondam decoravit amictu.
Unicuiq; suus, quem fert, ascribitur usus.

Solus legitimus jus iudex tractat in uno,
Hic ubi solenni legum gravitate tremenda
Frena regit, flectit, custodit & ense tuetur:
Quin dictis animos, & agrestia pectora mulcens,
Vulvi vagas mentis discernit acumine lites.

Illud cum primis variis conclave figuris
Enitet, electis ubi cum Rectoribus aequi,
Consul honoratas juris moderatur habenas.
Ornatus præter varios hoc Saxonis ora
Viva Ducum pictis mox obijcit ora tabellis
Limine, Saxonica nec non insignia Rutæ

Regia,

Regia, cum nostræ claris insignibus urbis.
 Nam velut hic duplices leo sustinet ungue columnas :
 Sic geminos etiam JUSTUM cum JURE patronos
 Curia nostra fovet, fulvis munitq; catenis.
 Crux simul affixum CHRISTUM spectantibus offert,
 Trajectumq; pedes, palmasq; atrociter ambas,
 Isacida circum mœstæ stant, chara suorum
 Turba, nefas horrent oculi, queritantia verba
 Præpediunt lacrymæ cum lætisono singultu.
 Gratia virtutis priscis ita jussit in annis
 Maiestate locum, sanctoq; implere timore.
 Hunc si vidisset Romanâ Rhetor in urbe
 Tullius, eloquij Princeps, Latiaq; loquela
 Lumen, laudato dignum reputasset honore,
 Dignè multoties urbem qui rexit eandem
 Consul, cum fasces pro consuetudine gentis
 Tolleret Ausonia, rerum moderamina nactus.
 Vix hinc egrederis, nova se tibi limina pandunt,
 Non minus impensis nuper constructa benignis.
 Hac ad aperta patent, cum DELITIANA jugales
 Plebs lætè celebrat tædas, satis ampla frequentans
 Virginibus nitido decorata palatia cultu.
 Nam castis quando manibus per vincula nexis
 Alternis feriens pedibus saltando theatrum,
 Jam satis optatas per inania læta choreas
 Egerit, hasce fores juvenum manus occupat ardens.
 In bibulum Zytho spumantia vitra reconduunt
 Pars deinceps ventrem : pars ocia mollia ducit,
 Et dare complexus teneris ætate puellis
 Mitis avert, tereti q; innectere brachia collo.
 Expleri nequeunt oculi, sed lætus in imo
 Pectore stultus amor magis ac magis æstuat intus.

Insignia Do-
 mus Saxon.
 Insignia op-
 pi. i.

Effigies
 CHRISTI
 crucifixi ex
 opposito ima-
 gine Ducis
 Saxon.

Cicero.

Hypocaustum
 recens ex-
 tructum con-
 sibus nuptia-
 libus inser-
 viens. Anno
 1607.

C

In

In roseis figunt pars suavia blanda labellis,
Jucundisq; jocos simul inter pocula certant.

Quid recitem veteri con permissura Quirino

Ludorum &
spectaculo-
rum ritus.

Ludorum pompam, quos gens extrinseca suevit
Edere non raro, DOMINICUM Solis in ortu
Lucet clara dies, si vespera ritè peracta est
Concio, non turpes abjecta veste Lupercos
Impia nec tumidi referentes Orgia Bacchi,
Qui parit insana furialia toxica turba.
Talia sunt spectacula pios imitantia ritus.
Namq; tuos referunt, Rex optime CHRISTE, labores,
Atq; jubent meritas animos persolvere grates.

Dum Tyrrhena sonant inflexo tympana cornu,
Non mora de cunctis accurrit ubiq; plateis,
His & adesse cupit solennibus agmine vulgus.
Turba loco capitur vix, his tunc excita ludis,
Spectandi studio, summâq; cupidine fervens.
Inde viri citò quos tantos juvat edere lusus,
Quae tribus interdum vel durant quatuor boris,
Incipiunt lepida spectacula promere scena.
Ore silent cuncti, ludo intentiq; quiescunt,
Sacrorum & tales gaudent pernoscere ritus.

Oenopolium
Senatus.

At satis intuiti sumus alta palatia, rursus
Descensum revocat vinaria cella profundis
Quae cum fornicibus penetrabilibus adjacet imis.
Hic bona venduntur praelis elisa falernis
Vina, scatent largis quae limpida flumina venis
Mœni, vitiferi vel vitrea flumina Rheni,
Appenninigeras interpret nobilis undas,
Francica vel plenis spumat vindemia labris.

Cerevisia
Torgensis.

Hanc quoq; commendat dulci cerevisia gustu,
Regia quam jactant speciosa mœnia Torge.

Quem

Quem sibi solenni nunc sumptu, quippe decenis
Et cir is nummis atq, advena comparat haustum,
Publicaq, hospitibus defertur ad ostia poclis:
Quorum dum cyathos siccant ex ordine multos,
Potu sepè natant oculiq, animiq, liquore,
Ebria ducentes pleno vestigia Baccho.
Pars ita potorum per corda tumentia fastum
Sepè trahunt, ructent ut sesquipedalia verba
Interdum cantant Sileni quicquid alumnus
Occinit, ad proprias jactantes brachia voces,
Quos videt, appellat miseros plebs obviam truncos.

Turba ebria.

His ex adverso foribus respondet opaca
Mansio, qui simili sunt juncti sorte, virorum,
Quos penes est noctu servandi cura plateas,
Usq, Magistratus jussu intentata caterva.

Vigilarium.

Illius è regione locum praefurnia spectant,
Pendula censet ubi justo discrimine libra
Cum pice cum lino variarum pondera rerum
Venditor emtori posito quas aere revendit.

Libra.

Haud procul hinc altis plenus squalore latebris
Carcer adest geminus, lictoribus intus & extra
Cognitus, horrendum loca quae formidine poena
Pessima ceu fumum refugit sentina malorum.
Est tolerabilior prior, at vix ungue resecto,
Appellat solito vulgus quem nomine Laucam,
Extiterit nomen Lucae num forsitan illi,
Hospitio qui primus in hoc dormivit amico,
Incertolis semper adhuc sub iudice pendet.
Semper rixarum cupidos hic excipit uliro
Degeneres insana serant qui jurgia fratres,
A teneris mox ad pugnas & verbera natos,
Scilicet ut cicures facti sua crimina plangant,

Carcer duplex.

Carcer vulgò
Germ. die
Lauchte.

Carcer ad-
modum for-
midabilis
Trunci ca-
mera vulgò
dictus, die
Stockham-
mer.

Terribile
malefico-
rum hospiti-
um.

Et discant rabidos posthac compescere mores.

Unde q³ posterior tenebris repletus opacis
Sexcentis intus gradibus truculentior horret,
Quem si quisquam fortè videt, frons hirta capillis
Toto spectanti stat vertice, morbi fer artus
Horror habet, pavet & contactum frigore corpus.
Illi Truncorum fecit bona copia nomen,
Seu placet à cæcis hunc nomen habere tenebris,
Quippe quibus scelere ante alios immanior omnes
Arcetur malesana cohors, & capta tenentur
Corpora, vita fuit quorum cum labe peracta,
Semper, & impietas per verso induruit usu,
Quis stimulos vertit scelerum sub corde libido,
Polluti vitijs, & prave crimine vita,
Nunquam cœperunt pravi quos tædia cœpti,
Impia Divorum temtrix, avidissima seve
Gens cædis, cordi quis fraus, cruor atq³ rapina,
Infandumq³ manus sceleratâ cæde cruenta
Extiterunt, istis vinclis & carcere diro
Frenantur, nec non veluti pblegethontis in umbras
Truduntur, loca plena metus, noctemq³ profundam,
Lucis ut expertes horrendo semper in antro,
Nox ubi perpetuas gignit lacrimosa tenebras,
Continuoq² intus cæcis circumvolat umbris,
Crimine pro tanto claudant lugubriter ædum,
Nec festivus eis inserviat amplius æther,
Scilicet indigni cæli convexa tueri.

Heu mihi cum socijs quantum mutantur ab illo
Tempore, sistuntur si iudicis antè tribunal
Relligione sacrum, sedas & lata nefando
Fert pro delicto miseris sententia pœnas.

O quantas illivolvunt tunc pectore curas,

Ante

Antè oculos tenebræq; natant, circumstat & horror,
Ac umbrâ volitat circum mors ipsa nigranti,
Sollicitas lacerant inimico pectore mentes,
Et mæsti totas ducunt suspiria noctes.
Stipant hos laceræ denso circum agmine pœna
Tormentis, lacrimisq; lavans velamina mœror,
Quiq; ciet gemitum facit & suspiria luctus.
Pectora tum palmis pulsans, faciemq; rigenti
Ungue notans, rapiensq; comas à frontibus angor,
Corq; gravans, æstuq; coquens lacrymabile cura,
Sollicito graviter subter quæ pectore sevit.

Pars ad Gemonias urgetur scandere scalas,
Sordeat ut putri miserum fœtore cadaver,
Excessère quòd hi metas ingentibus ausis.
Cespite nonnullis caput horrifera amputat ensis,
Districtos alijs radijs pendere rotarum:
Jura jubent, hominis vitæ vigil unica custos.
Ceditur ex illis virgis pars magna per urbem.
Pars structis infixæ rogis, miserabile visu,
Aggere succenso sævo comburitur igne,
Ac ita pro culpâ tunc non indebita captant
Præmia, crudelem turpi cum funere mortem,
Omnibus & funesta malis exempla relinquunt.

Mitto volens rigidas quæ circiter ostia pendent
Nummellas, reprobis & colla superba coërcent,
Impia blasphemo ne vox volet amplius ore.
Extra lativago viridis patet area circo,
Quatuor in vasto quæ pinguis cernis equili
Terga caballorum, præstantum robore, flavæ
Copia cottidiè quos grata saginat avena.
Stant expectantes suetos tolerare labores,
Injicit ex monitu sibi quos auriga Senatus,

Maleficorum
supplicia pro
ratione deli-
cti varia.
Gemonie
Scale dice-
bantur Ro-
ma, ad quas
corpora da-
mnatorum
impacto unco
trahabantur,
Vide Corn.
Tacit. &
Plin. lib. 8,
cap. 48.

Numelle
passim antè
ostia depen-
dentes.
Cabædium
& Equile
Senatus.

FORUM
PANARI-
UM.

Ducere cum rhedis semper sarraca parati,
Porticus infesto propè qua conservat ab imbre.

Hec fora sunt juxta PANARIA, mobile vulgus
Assuetum à Scamnīs nomen quibus indidit olim.
Jam quemcunq̄, fames collecta fatigat edendi,
Hūc ferat ille pedes mala mox jejunia pellet,
Ventrīs & impasti reparabit viscera pane,
Hic quem cum similā confert tibi grata taberna.
Aut onerent mensas & aves, carnesq̄, ferinae,
Quòd nihil hic unquam sapiat sine pane videbis.

MODII
LAPIDEI
ante fores
fari Panarij.

De saxo MODII, quos forma rotunda figurat,
Extant præ foribus, simul ac appensus utriq̄,
Ferreus est radius: frumenti cernis in illis
Metiri varium genus: inferiore foramen,
Sede gerunt patulum cui saccum subjicit emtor,
Ac finit in talem paulatim incurrere grana.
Nec facile quicquam modijs fraudatur ab istis:
Sunt etenim justī, justo sic pondere priscus
Olim DELITIUM voluit sancire Senatus.

VIRGÆ
stramineæ
die Saturni.

Stramineis virgis similis penè adjacet usus,
Oblongo juxtà quavis quas luce Saturni
Præfigunt conto, ne scilicet advena clandestinū
Civibus indigenis plaustriis avectet iniquè,
Frumentum vè manu rapiat, dum figit, avarā.

TEMPLUM
PRIMARI-
VMD. PE-
TRI ET
PAULI.

Urbe jacet fermè mediā venerabile TEMPLUM,
Divinas Jovæ laudes ad sidera jactans
Doctrina eloquio, cantuq̄, tubæq̄, sonore,
Sacrum cui nomen venerabilis intulit ætas,
De divo PETRI Bethsaidos acris alumni,
Nec non de sancto Tharsensis nomine Pauli,
Qui CHRISTO fidi sine fine fuere sodales.
Templum ingens latum, dives, sublime, venustum,

Orbita

Orbita quod circum viridanti gramine vestit,
Divite constructum sumtu, multoq; paratu,
Magno tecta gerens precio congesta priorum,
Plurima fissilium lapidum quae segmina firmant.
Templum divino penitus quod surgit honore,
Eximio cujus fastigia celsa nitore

Egregijs totam sustollunt laudibus urbem,
Duplex cum pinnis hic turris in astra minatur
Mole sua, totidemq; globis, quos torquet abena
Congeries, supra quos & vexilla revelat

Aerea ventorum, tempestatumq; vigores,
Quales turbatas concurrunt saepe per auras,
Tegmine sub proprio tenet hic Horaria turris
Altera, quod cernus viridi globus ornat amictu.

Est opus egregium simul & spectabile, fulvo
Orbe micat medio globus hic insigniter auro,
Quem circum bis sex auratis undiq; fulgent
Signata numeris, gnomon quos indicat, hora,
Quarum particulas operis superaddidit auctor
Quartas, exilem satis à resonante metallo
Acri reddentes tinnitu spontè sonorem,
Tante homini vires, tanta est solertia, tantus
Mentibus humanis vigor, ingenioq; facultas.

Hoc varios Luna, motus metitur ad unguem,
Aequales spacijs pensans distantibus horas,
Crescentesq; regit, decrescentesq; labores,
Vsq; suis peragit quos cornibus aurea Phœbe.
Sive genis croceis rorat Titbonia conjunx
Sive diem radijs oriens illuminat Eos.

Atq; rubescenti tollit jubar equore Titan,
Aurato quatiens fulgentia limina curru,
Sive dies medius flagrantibus estuat boris,

Polyandriff.

Tectum è ta-
piâibus fissi-
libus structis

Turris gemi-
na.

Vexillula.

Horologium
in altera
turri.

Particula
Quarta.

Utilitas Ho-
rologij.

Aut

Aut ab it Hesperias Hyperione natus ad undas,
Et simul invecant obscura crepuscula noctem,
Ipsaq; nox orbem fuscis amplectitur alis,
Solvit & in placidos exercita corpora somnos.
Inspicis hoc quisquis, memor esto volubilis aevi,
Sapè quod insperata cito fert funera gressu.

γυμνασιον.
Turricula
versus ortum
declinans.

Cultus tem-
pli internus.

Turriculam jaectant declivia tecta sub ortum,
Qua super obducto globus hic quoq; fulget ab auro.

Internus Templi splendor cujusq; decorus
Occurrens oculis digno venerandus honore est.
Non minus excelsis stat idem sublime columnis.

Auro multa micant, puris Opbyrea caminis
Mittere quod suevit: diversum quisq; colorem,
Qualis Apellais tabulis est, suspicit: artem
Pictorum studiumq; omnes mirantur in illo.

Ara.

Quid delubra feram, sanctisq; altaria donis
Splendida? qua sacris fumarunt ignibus olim.
Thermodoontiaco resplendent illa metallo,
Atq; vetustatis pictis pulcerrima signis.

Subsellia.

Structa complures longo sunt ordine sella,
Sedibus aptata certis, solidoq; meatu.

Baptisterium

Est quoq; Baptismi moles spectabilis intus
Cultu resplendens nitido pulcerrima stanno,
Crimen ubi eluitur vetus hinc ex patribus haustum
Primigenis, quo nos viciato semine cretos,
CHRISTE, tuo cives conscribis sanguine caeli,
Nostraq; fata novas generando, tuoq; redemptor
Nos pateris regno considerare, Flaminis, ob ses
Qui vitæ est, propius tua pignore numina firmans
Penè stat in medio veneranda cathedra, Sacerdos
De qua salvifici spargit bona semina verbi,
Qui locus artificis collaudat ubiq; saporem

Suggestus.

Ingenij

Ingenij: pulcro sunt singula tincta decore,
 Qui non exili factus splendescit ab arte.
 Hic cavabusta fovnt cineres ac ossa potentum
 Nobilitate virum, quos huc cum lesibus olim
 Villis e viduis tristissima pompa reduxit,
 Quorum forma refert clari monumenta Lysippi,
 Omnia nobilium proprio famulantur honori,
 Spectandiq; oculos, animumq; cupidine captant.
 Pictas quid tabulas, quid pulcra toreumat a, summos
 Quidve choros referam, simul & pendentia muro
 Organa, Threicy, sonitus referentia vatis,
 Quando DEO lætis resonant concentibus hymni,
 Singula conciliunt decus admirabile templo.
 Hic pulcras rerum formas, cultusq; decentes,
 Et cernis veterum monstrantes tempora mores.
 Culta quid enarrem nostri sacraria templi,
 Aeratos postes, rigidis & septa catenis
 Claustra, quibus studio servantur sacra fidei
 Vasa DEO cum splendidulis paterisq; scyphisq;
 Et pictæ vestes, quas nobile purpurat ostrum,
 Historijs sacris quas exornavit acuti
 Ingeniosa nimis pictoris dextera quondam?
 Non hic incisas in saxea crusta figuras
 Heroum, qui non delebile nomen equestri
 A PACK & SELMNITZ, equitum de stemmate ducunt,
 Hic quorum notis complectitur ossa sepulcris
 Templum, clarorum tacuisse beata virorum
 Ora decet, penitus vivos referentia vultus,
 Quæ Polydytæo jurares facta labore,
 Atq; manus operi doctum admonuisse Colossen,
 Nunc in dilectâ qui molliter urbe quiescunt
 DELITIO, splendet quorum de funere templum.

Sepultura
 nobilium
 quorundam.

Organa.

Adytum.

Vestes cru-
 ciatæ sive
 Missaticæ.

Epitaphia
 nobilium à
 Selmnitz &
 Henr. à Pack
 magnifice &
 sumptuose in
 Saxo sculpta

D

Conti-

Aegidius
Strauchius
Witebergensis
SS. Theol.
D. summus
templi Pa-
stor & Su-
perinten-
dens, Anno
1610 6. Nov.
Witeberga
cum Dn. M.
Abrah. Sua-
rino Super-
at. Alden-
burg. ante-
cessore Do-
ctor renun-
ciatus.
M. Petrus
Zabellerus
Haynensis
hoc tempore
Past. & Su-
perint. in op-
pido Leutzsch
inferioris
Hungariae io-
lim Rever.
& clariss.
Dn. D. Prae-
ceptor.
M. Baltha-
sar Franck
Acc. & co-
niss.

Conticeo lychnos, varijs confecta metallis
Candelabra, libros plures, bona qualia tandem
Et lex & pietas cum religione requirunt.

STRAUCHI, Theologae clarissima gloria Suada,
Quem modo DOCTOREM (mites assurgite Musae
Talis quippe viro digne reverentia cedit) (creavit,
DOCTOREM celebris summum WITEBERGA
Qua mecum juvenes exegit sedulus annos,
Cum referaret iter ZABLERI Musae beatum
Ad Parnassiadum tibi felicissima Tempe.

Nutris in hoc dio MESSIAE rorebidentes,
Egregio quarum successu sistis ovile,
Innocuae, STRAUCHI, pietatis idoneus autor,
Dotibus ingenij longis laudabilis oris,
Teologiae interpretis, profugis arx tuta Camoenis,
Quo duce ceu sacro letantur Apolline Musae,
Flexanimis quem docti sonis suadela medullis
Nutrit, & in dicto lepor admirabilis ore
Sessitat, o quam suave sonas, quam dulcia fundis,
Magni si forte te sacra negotia celsae
Immittunt ca: hedre, liquidis ceu rubibus imbres
Verba tibi facunda fluunt: Demosthenis arma
Suada dat: irr: rans mellito nectare linguam,
Efficit ut miri jaculeris tela stuporis. (FRANCUS,

BALTHASAR hunc solito sequitur cognomine
Inclyta quem quondam fecit Witeberga Magistrum,
Wittenberga Diris, studijs sacerrima Phoebi,
Hic tibi lauricomae aspectat Palladis arces
Multijugae vallata jugis Academia silvae,
Albis & ingredi: s Eryma: bida versus ad Arcton,
Saxonidum campos piscosis irrigat unais.

BALTHASAR ex CHRISTI non infima fama ministris,
Carmi

*Carminis & Lyrici felix ac docta medulla,
Ardua Flacciacis qui vincit nubila pennis,
Et bona cui facili decurrunt carmina venâ,
Dulcem Pieridum semper spirantia fontem,
Dum sua Castalica referant umbracula Nymphae,
Noxa repulsa tibi puero quò cederet, ultrò
Frondenti cunas cingebant baccare Musa.*

*Hos juxta VITUS graditur BORNERUS, amœnis
Sirenuus ætheri VERBI plantator in hortis,
Christida ritè fidem puro dum pectore spargit,
BORNERUS sanctis animabus cura fidelis,
Numinis atq; simul sancti tuba nuncia Verbi.*

*Vitus Borne-
rus Diaconus*

*Quos ceu numen amat gens infucata piorum,
Vosmet salvantis mysteria pandere Verbi
Edoctos nostris intactos relinquere Musis
Non decet: optatâ vos plebs veneratur in urbe,
Dexteritas cum vestra diu jam nota per annos,
Explicet unigeni constanti pectore Verbi
Munera Religionis opus, diæq; salutis
Turpibus à nebulis servans tei oq; veneno,
Hostis quod varijs audet corrumpere technis.
Vivite felices, CHRISTI pia turba ministri,
Quis Charites solidum spirant de more favorem,
Et superi tardi transcendite regia cœli.*

*Nunc vos dura canam nostri retinacula LUDI,
Quæ pia præbetis sacris habitacula Musis,
Profluit unde gravis supremo grata Tonanti
Utilitas hominum, pariterq; accommoda vita.
Seminat hic etenim sanctos CHRISTI orga cœtus,
Seminat ad patriam pariter sacra & asa regendam.
Qui juvat hanc igitur, gratissima munera præstat,
Ille DEO, dignas hominum laudesq; meretur.*

*SCHOLA.
Musarum
domicilium.*

Quod facis in primis patrie praeclare Senatus
Anchora, praesidium, spes robur & aura Camœnis,
Perge tuâ servare lubens pietate Jehovahæ,
Laus tua sic patriâ nunquam morietur in urbe.

Hunc teneris olim pueris extruxit Apollo,
Palladas niveis inibi cum moribus artes
Ut facile addiscant, hodiè quibus ardet adesse
Innuba Pallas adhuc, & amant Heliconis alumnae
Has sibi dilectas bene custodire penates,
Semper honore suos quæ provexere ministros,
Hospita desertis tribuentes tesqua Camœnis.

Ad studios:
juventutem
παιδείας

Dulcia vosmet jò socij stipendia lecti,
Conjugij soboles cupidos huc veritate gressus,
Utilis hæc orbi, chara & Republica CHRISTO est,
Consita quæ tali circumfert semine nomen.
Hoc te scito loco sisti ceu puppe juventus,
Quæ bona vera bonus petis, aspirante Jehovahâ
Tranquillo prosis alijs ut munere vita,
Rete jubente tuum studiosè projice CHRISTO,
Segnia quem vigra conturbant ocia vita.
Verus is afflabit mitè te DOCTOR amore,
Ut tuus effundat pregnantia commoda sudor.
Hoc duce quisquis opus mandati muneris urget,
Ille sui voti non spe frustratur inani.
Ergò age sollicitè Musis dilecta propago,
O puerum studijs aptissima dulcibus etis,
In fracto verum decus hoc tu quare labore,
Tale tuere bonum, decus & quoque tale tuere.
Dux pietas, Doctrina comes feliciter olim
Laureaserta tuis imponent ritè capillis.
Quæ sunt nostrorum fines & meta laborum.
Et tibi successus, vita tibi commoda CHRISTUS

Juntaq.

Junctaq; cum verâ donabit premia laude
 Hinc doctis ornata viris ita patria splendet
 Urbs, ut non leviter quoq; res hac tangat honorem,
 Illius atq; ferat dignè super æthera famam.
 Quos inter magno KIRCHOFI, nomine prestat,
 Nomine cui tamen est virtus hæc major in urbe.
 Stemmata te prisco commendant oppida, pectus
 Nobilius tamen hinc suprâ genus eminet ipsum.
 Eximius Themidos comes & laus justa, GEORGI,
 Nobile laudat æ specimen pietatis, amicum
 Et decus & patriæ pulcherrima gloria terre,
 Præsidiumq; fori, Charitum quem Triga venustat,
 Tu volvis duplicis spaciola volumina juris
 Sedulus, argutoq; foro facis ore disertò
 Verba, quibus causis potes inservire reorum.
 Justitiam, pacem, CHRISTI legesq; tueris,
 Inter es hinc cives meritò ceu numen amandus,
 KIRCHOFI, vigeat decus hoc præstabile fama
 NOSTRUM quid Græci FABRUM sermonis E-
 RASMUM
 Laudem? quem clarè Jatis hinc WITBERGA ce-
 lebrat.

Sunt ludo adjuncti venerando ex ordine Patrum
 Præcipuâ duo spectati gravitate Scholarchæ,
 Quos penes arbitrium, sæpè has invisere sedes,
 A quibus ipsa scholæ patriæ tutamina pendent.
 Illorum precibus subnixis annua seculo
 Hoc sunt difficili nobis exauctâ didactra,
 Aut vir quisquis es ingenuus, qui spontè sereno
 Hæc ita prosequeris Musarum castra favore,
 Nectare quæ dulci plenissima pocla ministrant,
 Sit tibi sublimis pro tanto gratia factò,

Georg. Kirch-
 ofius, Deli-
 tianus J.V.
 D. & advo-
 cat us publi-
 cus.

M. Erasm.
 Schmidt De-
 lit. Græc.
 Ling. in A-
 cad. VVitteb.
 Prof. publ.
 Scholæ In-
 spectores hæc
 tempore M.
 Andreas Fi-
 scher & E-
 saias VVi-
 precht Con-
 sules.
 Auditio Sala-
 rij Præcepta-
 ribus anno
 1607. facta.

Hypocausta
quatuor.
Celle septem
ligna cre-
mantia con-
tinentes.
Hospitum
Ludirectoris
Ejusdem le-
ctorium.
Conrectoris
Lectorium.
Præcepto-
rum cella.
Lectorium
inferius tri-
um inferio-
rum Præcep-
torum.
Tabula in
parietibus
dependentes.
Propert. lib.
2 Eleg.
Nabi'a de
ventis de
tauris nar-
rat arator
Et.
Tabella legū
Scholastica-
rum Et ordi-
nis lectionum
in singulis
classibus.

Flora coronabit cultis tua tempora fertis,
De folijs bedere tibi quæ pertexet odoris,
Magnaq; DELITII te fama sequetur in urbe.
Saxis è solidis hypocaustis quatuor intus
Aedes hæstructæ cum tot fornacibus extant,
Quarum clausa tenent loca ligna cremantia septem,
Suppeditat ludo quæ gratia larga, Senatus.
Imum cum natis & charâ conjugæ **RECTOR**
Incolit, & pariter tenet is conclavæ supremum,
In quo discipulis sacrum pietatis amorem
Inculcat, patrias his mandans graviter artes.
Alterâ cum tenerâ Lectoria pube **SECUNDVS**
PRÆCEPTOR retinens, illam benè format ibidem,
Quem decorat Pietas morum probitate venustâ.
Sunt propter camera, genus in quibus omne librorum
Et Præceptorum servatur curta supellex.
Imo vestibulo sita sunt Lectoria, **CANTOR**
Hic ubi cum **QUARTO** sequitur quos **INFIMUS**, ore
Instillat primas pueris descentibus artes:
Et cantare bonus, melicas & reddere voces
Felix in cunis cuius dulcedine Clio
Terpsichoreq; Jovis nata, mox labra rigarunt.
Circum sed tabula nigricantes singula pendent,
Plurima quas sulcant rubicundi fila coloris,
Optima quæq; bonis quibus inscribuntur alumnis.
Utillum propter quas vincla scholastica **LEGVM**
Herent, obliquo spectantianare tabellam,
Artifici quæ scripta manu, præscribit habere
Cottidiè debet quos libros singula classis,
Lectio vel qualis solitis discenda sit horis.
Parte domus summâ stat contignatio, cuius
Candida de solido diffusa est area gypso.

Hæc



Hæc repleta bonis Cerealibus extat, operti
Stramine pro censu sat agunt quæ pendere pagi.
Illa valent rabidos Stomachi sedare furores,
Cum tales æquo cbesauros pondere, justo
Ac æris modulo plebi pia membra Senatus
Vendunt, quæ factis servant sapientibus urbem
Ordinis autores pulcri, justiq, tenaces.

Classibus ornate distincta, decuria quarum
Cui libet est adjecta, SCHOLÆ loca QVINQVE pate-
Quam totidem decorant pollentes arte σωπεροί (scunt,
Rexit SUPREMAM Rector benè RHODIVS olim,
RHODIVS ingenio præstans & carmine felix,
Cujus ab eloquio stillabat amabile flumen,
Nec deerat cultæ suavissima copia Lingua,
Nec sine fœcunda constabat pectore corpus.
Lingua perdoctus triplici, quem læta docentem
Audiit, ingenij pubes mirata vigorem
Thesauris Sophia quem summè affecit olympus,
Plectri tenens postquam defunctum flevit Apollo,
Cui bona perpetuò remanent encomia fama. (bant,
Huic, dum fata virum JVLEBVRGVM ritè voca-
Pinguia MOLDA secat quæ rura rapacibus undis,
Promeret ut sacri cœlestia dogmata verbi,
Successit STOIVS, quem LIP SICA Musa Magistrum
Ritè salutavit, doctrinâ cognitus omni,
Grammaticæ docuit variantes flectere voces,
Quo duce Castalias libavi strenuus undas,
Quando iter ad Musas puero mihi sterneret olim,
Cujus floret honos nullo periturus in ævo,
Consulis officio tandem perfunctus honestè,
Atq, ita pro questu decus immortale recepit.

Non secus in stadio post hunc PISCATOR eodem
Callebat

Granarium
in suprema
contignatio-
ne.

Classes
QVINQVE
cum. tpt. Præ-
ceptoribus.
M. David
Rhodius o-
lim Scholæ
Rector.

M. Johann.
Stoivus quon-
iam Scholæ
Rector.

Fuit autoris
Præceptor.

M. Andreas
Fischer, itidè

*Ludi quondam
Rektor, jam
Consulis fun-
gens munere*

*Johannes Fi-
scher M.
Andreas pa-
rens itidem
olim Ludi R.
inde Consul
& Reipub.
ab Epistolis.*

*Ludimode-
rator moder-
nus M. Hen-
ric. Kisling
Vrspring.
Franc.*

*Collega qua-
tuor Ludire-
tori adjun-
cti hoc tem-
pore: Johann.
Felgenerus
M. Ioh. Al-
berus Hay-
nens. Misn.
Cantor.*

*M. Hieron.
Heidenreich.
Georg. Cru-
sius.*

*Autoris vita
genus &
fortuna ten-*

*Callebat studijs teneram formare juventam,
Commonstrans bifidi juga frondea montis eidem,
Cui pietas infraeta animo conscendit olympum,
Palladis Antistes, Parnasiadumq; Dearum,
Consulis eximio qui jam dignatur honore.
Præcellens hujus genitor gravitate palestram
Hanc quoq; Pegasidum quondam cum laude gubernans,
Hæc eadem retulit cum nato præmia dignus,
Addidit in cælis hunc Divum maximus auctor
Alloquijs superum, dulciq; in pace locavit,
Perpetuò quem fama vehit plaudentibus alis.*

*In natis chari pia ceu stat cura parentis:
Sic fovère suos, quibus ad Pimpleia templa
Ostendère vias, quibus & pietatis amicum
Immulsère viri studioso pectore cultum.
Urbs ô docti sonis semper dilecta Deabus.*

*In primis qui nunc puerilia pectora format
Artibus, & SILICIS refert sociabile nomen,
Debita sedulitas commendat & aspera virtus,
Nec non Lingua probat triplex cum moribus aptis.*

*Huic sunt consortes adjecti QUATUOR, omnes
Sedula Castalio fovit quos Musa sub antro,
Ac blanda Charites, & Carminis auctor Apollo.
Quorum dexteritas pectus tractabile pubis
Indecus omnigenum deducit, ut acer eorum
Hinc ita præceptis, monitisq; salubribus, almâ
Cum pietate bonas discat non segniter artes.*

*Inter quos etiam rerum Servator easdem
Me jussit tenere puerorum pandere turba,
In quo multoties cursu fera fata docentem
Vexavère, diesq; mihi fecère molestos.
Atqui quemq; decet præstare, vocatio sueta*

Ceu

Ceu jubet & reliquum soli committere JOVÆ,
De cœlis qui cuncta videt vertig. regiç,
Cui livor cure, simulatq. calumnia cordi.

Cum lætis qui mœsta ferunt, & semina mandant
Terre cum lacrymis, his inter gaudia flavis
Sapè comis foetum ponit cum fœnore tellus.
Eveniat quicquid, fremat orbis & improbus orcus,
Tollendi risus, & ovandum gutture semper
Alto, jactat à cum plausu ad sidera voce,
Semper erit tutus qui vis sic vindice CHRISTO.

Acrius idcirco dira te credito pugna
Conatum invidia fors irrita vertet in Euros,
Cujus atrox agit at stimulus cor sapè piorum,
Continuis precibus magis incendendus olympus,
Fortior ut redeat pavida in præcordia virtus,
Et pietas tantò potior spectetur in armis,
Fata velut poscunt, nec fas excedere pugnis,
Quis persapè boni satis exercentur acerbè,
Immeritò rosi morsu livoris iniqui.

Quid tum? mens patiens scit iniqua ferendo modestè
Vincere, concipiens majus sub pondere robur,
Non secus ac vires attollere palma laborat
Fortius, & pandit demùm ætheris ora quietos
Aspera perpeßis portus, mersisq. profundo
Propinat grato spumantia nectare pocla,
Pocula quæ Chrys DEUS aurea temperat uvis,
Ante à quos succis onerarat Erynnis amaris

Est decus est virtus Clariam formare juventam,
Per totum CHRISTI discitem oracula mundum,
Hunc, ò gnate DEI, cœtum defende pusillum,
Dirige pro solitâ mentes bonitate docentium,
Semper ut assiduo tractent tua dogmata fructu,

E

Officijç

tamina va-
ria, posita in
mendaciss.
malevolorū
conbitatorū
traductioni-
bus, inq. in-
tempestivis
& insultis
inter eas a-
liquot impu-
dicorum ho-
minum Re-
formationib.
ob justissimas
Disciplina
necessarie ex-
ecutiones in-
petulantiss.
suis delicatu-
lis filijs, qua-
lis ingratis-
sima insulsi-
tas erga scho-
larum Magi-
stros hodiè
admodum
communis est

Chios insula
est in Aegeo
sonia adja-
cens inter
Samum &
Lesbum, in
qua lauda-
tiss. mastiche
& vini gene-
rosum nasci-
tur: Tribul.
lib. 2.

Examina,
eorum utili-
tas.

Cibium be-
neficentia
erga paupe-
res scholasti-
cos.

SCHOLA
PUELLA-
RIS.

Studiorum
utilitas per
Digressum
culam.

Officijque graves versent patienter habenas.

Ufus hic propter varios EXAMINA sacrum
Rite MINISTERIUM, nec non pia cura SENATUS
Instituunt anno bis quolibet, unde probatur
Et Praeceptorum, docilis simul atque iuventa
Sedulitas, assuetique in discendo profectus.

Inde per amplivagos imberbis turba plateas
Insonat, ac nummos foribus, panemque canendo
Flagitat, & cives ad talia dona benigni,
Paupera sustentant puerum largo agmina victu.
Laetos imò solent prompta dimittere dextra,
Quos miseros finxit fortuna, suisque relaxant
Fontibus ora, foras ut missa canalibus usus
Præbeat egregios aqua pocula larga ministrans.

Huicce puellorum SCHOLA stat propè, casta pudoris
Hic ubi virginei flos illibatus in urbe
Verà Teutonicam pietate legendo canendo,
Et pariter scribendo solet bene discere Linguam,
Qua quoque sunt Charites, animisque exercita Virtus,
Que venit à Musis longævis gloria seclis
Permanet, æternaque parit præconia fama,
Quam non longa dies, non improba tempora demunt.
Moribus Aonidum virtus ac legibus urbes
Ornat, jucundam florens Respublica sorte
Durat, Thespiadum precioso munere fulta.
Illa cum fugiunt, ac spreus cedit Apollo,
Languet, & indivis se vix regit obvia fatis.
Musa Magistratus justas disponere leges,
Legibus atque facit cives parere rebelles,
Agrestes animos docet & mansuescere mores.
Interea nostro, scelus ingens, temnitur ævo,
Dum docta resident humili statione Camæna.

Quisquis

Quisquis es assuetos studijs perferto labores,
Post ubi mortalem cessabis ducere vitam,
Summa reportabis felici premia fructu. (lebrat,

Nunc opus est ARCEM simul urbs quam nostra ce-
Et patulo reliquas spacio supereminet aedes,
Pectine conveniente suis depingere formis.
Incolit banc QVÆSTOR cultor spectabilis equi
GROSMANNUS, rigidis prescribens jura colonis.
Munificis ornans Phœbeas sumtibus artes
Spontè viris tribuit largissima premia doctis,
Atq; pijs pergat cœlum conscendere factis,
Hinc sibi tam largo quis fama repullulat imbres.
Ergò victuris illius nomina chartis
Scribite, noster amor mansuro tempore Muse,
Quas celebrare decet præstantia facta bonorum,
Horum & votivis extollere nomina metris.

Ingressus portam dextrâ mox parte clientes
Ruricolos, civesq; simul, Quæstoris egentes
Forfitan auxilio, suetum conclave salutat.
Hic ubi multiplices causarum decidit actus
Cottidiè presens mansueto pectore QVÆSTOR.

Muris hæc proprijs, proprijs & prædita fossis
Prominet, exterius quamvis nec postibus altis
Emicet, aut centum jactet super æthera pinnas,
Illi nec parilis, quæ culmina mille per umbras
Projicit in tumidi spumosas Albidos undas,
Alta vident qualis formosæ mœnia DRESDÆ,
Aut qualis præclara tuæ fors intulit urbi
TORGA, boni Zythi celeberrima TORGA sapore
Ampla patent nostræ granaria, quæ tot acervos
Frumenti capiunt, quos si comprehendere vellem
Dicere tunc pelagi numerum conarer aquarum.

ARX,

Georg. Gros-
mannus
Quæstor De-
lutij digniss.

Amptstüb.

Muri & fos-
sa, arcem
cingentes.

Arx Dres-
densis.

Ars Torgen-
sis.

E 2

Munera

Munera qua Cereris gens accola portat in arcem,
Piscinis, puteis, horris, cellisq; celebrem.

Spectaculorū
& exercitio-
rum pugilla-
rium locus.

Fortior interdum primæ lanuginis ætas,
Scilicet antè alios viridis quibus integer ævi
Sanguis adest, solidaq; suo stant robore vires,
Hic opus in nitidâ præstat juvenile palestra,
Et facit audacter certamina ludicra Martis,
Optima confuso qua dant spectacula vulgo,
Et quis clara sua querunt encomia laudis.

Turris cum
carcere ter-
ribili.

Non procul à muro prærupto in vertice montis,
De rubrici lateris farragine tota labore
Conglomerata diu, trux tendit ad ardua turris,
Hac etenim nihil est aliud, nisi carceris atrox
Antrum horrendum, infustum, insuetum Hecate atque
Erebo ortum,

Per terrens cæco scelerata catarmata rictu,
Furibus atra domus, dirusq; latronibus orcus.

FORUM.

Nunc mihi Musa FORUM præsentibus insere
chartis,

Amplitudo.

Area lata jacet lapidum compagine strata,
Quæ sunt litigiosa FORI loca, rucus ementum
Vendentum & strepitus vacuas defertur ad aures,
In patria similem vix oppida tanta propinquis
Finibus ostentant, ubi lucri plenus amore
Grex mercatorum varias exponere Merces
Asolet, & precio divendere quodlibet equo
Civibus, atq; extrâ patriæ pomeria sedis
Ruricolis, curvo subigunt qui vomere terram.

Mercatorum
periculosa
peregrina-
tionis
κατὰ πα-
γεῖασι.

Hi sibi longa vijs exhaustis tædia gignunt
Per mare, per Silvas, per Scyllam, perq; Charybdin,
Per brevia & Syrtes, perq; insultantia mœnstra,
Et Maleæ Scopulos hi fata extrema sequuntur,

Mittere

Mittere nec sese renuunt in amara pericla,
 Mercandoq; graves, tetricos & adire labores,
 Sævis audentes Austris committere vitam.
 Factati insanis agitantur sæpè procellis,
 Cæca timescentes commoti nubila Ponti,
 Exercent varijs quem fata marina periclis,
 Scilicet hinc medium sic turba hostilis in agmen,
 Dum sese immittunt, illis hæc proxima causa est,
 Aeratas onerent ut multâ merce carinas,
 Diversa æquoreas & captent lucra per undas,
 Ac res multiplices referant, quæ laudibus urbes
 Misniacas decorant, plenis & fructibus auctant
 Optima qui reddunt misera solatia vite,
 Et quos privato qui vis sibi comparat usu.
QUATUOR hoc circumstant **DIVERSORIA**, cunctis
 Munus ab externis quæ dant venientibus oris
 Hospitijs, quibus argento protensa crumena est.
 Fæstis illa satis st abulis spaciosa caballis
 Læta quibus recreant iterum se pabula præbent.
 Cernis præcipuè dense magna agmina plebis,
 Saturno quoties oritur lux sacra parenti.
 Fœnoris hæc avidus crebro deportat in urbem,
 Rusticus anserulos, gallinas, ova, columbas,
 Caseolos, butyrum, rapas, raphanosq; suesq;
 Quicquid & humana poscunt consortia vite,
 Hic ita suppeditat, ne quicquam desit in urbe.
 Hoc plerumq; die quoq; tanta frequentia turba
 Confluit omnigena, tunc cum tot equisq; rotisq;
 Ut quandoq; sibi valeant vix cedere gressu.
 Quin à longinquis certo pro tempore campis
 Anno ter quovis nostram Cyllenius urbem
 Visitat, in primis cum lux subit alma, Jèbovæ

Malea Pro-
 montorium
 Laconia per
 5000. passu-
 um in mare
 protenditur
 ubi periculo-
 sa est navi-
 gatio propter
 adversos ven-
 torum flatus.
 Vide Virg. 5.
 Aen & Sta-
 tium lib. 7.

Pandochea
 in foro qua-
 tuor.

Mercatus
 hebdomalis
 die Saturni.

Multitudo
 eumentium &
 vendentium.

Nundina.

Paetolus fl.
Lydia aureis
arenis Smyr-
naeos irrigas
agros.
Tagus fl. Lu-
sitania ha-
bens arenas
aureas uti
autor est Pli-
nius lib. 3.
cap. 3.

Consuetus
usitatus No-
bilitum ad
consuetas
choras tem-
pore Nundi-
narum que
Festo Petri
& Pauli A-
postoli inci-
dunt.

Divis legatis Petro, Pauloq; sacrata

*Hic quas Paetolus vicinus Sardibus amnis,
Semper inauratas volvens Paetolus arenas,
Auriferis vè vadis Tagus & vaga littora Regis
Aequoris, aequoreas qui cuspide temperat undas,
Perficit aut generat, Phrygias sat onustus ad urbem
Secum vèctat opes, animi irruamen avari,
Omnia magnificis replens fora mercibus, instar
Castroꝝ multas expandit ritè tabernas,
Et populo vendit justo bona qualibet are.
Plebs ita multa forum complet, comprehendere turbas
Ut loca vix possint, quibus urbs est plena plateis.*

*Segniter haud fas est, hic transilysse celebres
Congressus equitum, quos nobilitavit origo
Stemmatis eximij, majorum & nomen avitum.
Carminè Mæonio res est & digna relatu
Pompa, per extremas dudum notissima terras.*

*Concurrunt illi gemmis auroq; superbi,
Alti inter pulsusq; pedum fremitusq; rotarum
Se tollant mannis, in gyros ire coactis:
Threiciæq; grues, Pygmaeo semper evantes
Sanguine, plumatis & cum falconibus borum
Pileolos circumvolitant, & tempora lambunt.
Quorum voluentes motum sub naribus æstum,
Æstuat ut calido spumans liquor udus abeno,
Luxuriantur equi, siccoq; in pulvere saltant,
Impelluntq; alacres crebris hinnitibus auras,
Arrectisq; fremunt unà cervicibus altè,
Et varios sinuant gressus, ac aëra pulsant
Calcibus, evolitantq; juba per colla per armos,
Dum circum resonis volucris crepat ungula saxis.*

Inter eos pulcro præstantes ore puella,

Fœmi-

Fæmineumq; genus longo nitet ordine, quarum
Dat gena sanguineos albo permixta colores,
Ceus si quis rubro violarit murice cretam.
Colla gerunt pelagi spolijs onerata superbis,
Aurea de niveo redimicula pectore pendent,
Selectosq; illis gaudent præbere colores,
Purpureum Phœnissa Tyrus, gens Affrica succis
Punicem, quarum disponit Ceus amictum
Auro cum varijs gemmis, Sidonia circum
Et quem multiplici Meandro purpura currit.

Mente dapés alacri capiunt, antè ora paratas
Luxu magnifico, laticem Mareotidos uva,
Crateras statuens gravidos & vina coronans,
Gemma capax fundit, gratosq; inspirat odores
Nardus, & Ambrosios Arabum de gramine miscet,
Ostrinisq; super mensis accumbitur unde,
Qui dapibus mensas onerant & pocula ponunt,
Sedulitate pares centum jucunda frequentant
Atria, seruitijs obnixè intentâ Juventus
Jussa facit, stipatq; thoros fidibusq; lyrisq;
Argutus digitis carmen meditatur Jopas,
Sollicitantq; babilicytharæ dux pollice fila,
Obloquitur numeris vocum discrimina quinis,
Indicitq; choros Berecynthia buccina cantu.

Tenditur ad celsæ domus inclytæ limina, rectè
Patria cura quibus fecit memorabile nomen,
Grandævi patres ubi sacra corona Senatus
De celso folio dat jura forensia plebi.

Stat vigil hic bastis, atq; ostia servat acutis,

Berecynthium cornu apud Horat. quo excitabantur ad furorem Cybeles Sa-
cerdotes Berecynthiæ matris, sic dicta à monte Phrygiæ Berecyntho cujus
Dea mentionem facit Virg. 9. Aen.

Habitus &
ordo fæmi-
neus.

Tyrus urbs
Phœnicia o-
lim ceber-
rima, cujus
nobilitas
conchylio &
purpura con-
stat.

Cea sive Ceus
insula est sub
Cubæa bom-
bycinarum
vestium tex-
trinis olim
nobilitata.

Meander
teste Nonio
inter cetera
picuræ ge-
nus est, in-
morem Laby-
rinthorum
flexuosus am-
bagibus im-
plexum vide
Virg. lib. 5.
Aen.

Mareotis est
pars Epiri
in qua opti-
mum vinum
nascitur Vir-
gil. 2. Georg.
Jopas Affri-
cæ regulus
fuit unus ex
procis Didus
cujus meminit
Virg. 1. Aen.
cytharæ, cri-
nitus Jopas
personat au-
rata.

His

His ne spectaclis sine se discrimine vulgus
Misceat intrepidovè petat pede turpè theatrum.
Præripiatq; locum saltu pulsantibus ipsum.

Spectatores.

Grande forum qui tunc Tyrio resplendet ab ostro,
Innumeras turbas, circum generosa frementes
Agmina contuitu, vix sustinet, unde remotis
Plurima spectatum quoq; plebs accurrit ab oris.

Occupat hic hominum dum nobilis ordo theatrum,
Alternos movet ille pedes, lætusq; choræas
Ducit & egregijs exercet saltibus artus.

Quis postquam lassata modum, finemq; voluptas
Imposuit, volucris quatiunt spaciosa vicissim
Pondera camporum cursu, sonipesq; coruscus
Stans, mandensq; ferox spumantia frena morantes
Præstolatur heros, ostroq; auroq; superbos,
Atq; sequace citata solum terit ungula pulsu.

Ἰνὸν ὄρνυ-
μα.

Hic brevis est mundi color & pictura caduci,
Quem pomposa trahit roseis fortuna quadrigis,
Magnificis jactans alis ad sidera plausum.

OFFICINÆ
in quibus co-
quitur Cere-
visia.

Non minus hic extant divise ritè per urbem
Octo domus, totidem fornacibus atq; rotundis
Instructæ vasis solitos quæ semper ad usus
Profunt, sufficiens ubi totum potus in annum
Percoquitur, multis bonas & laudatus in oris,
Tostorum quem vis granorum more parata
Solenni, nec non lupuli, lymphæq; salubris
Optima temperies bibitu benè conficit apum.

Laus Cerevi-
siae Delitia-
na.

Iste liquor propriam meruisset carmine laudem:
Hic etenim quamvis locus est non dives Jacbo,
Laudibus aut superet vinosi littora Lesbi,
Sive Theramnei vincat vineta Galosi:
Dotibus ille tamen, lætis quas promit ab agris

Larga

Larga Ceres, prestat, cupidum quæ sæpè palatum
Exhilarant, dulci mulcentes corcula gustu.
Gratæ sic urbi sortes ac prospera terris
Munera cum reliquis, quæ sunt communia cedunt.

Pluribus idcirco nostræ est cerevisia terris
Cognita, quæ, nimio fervet dum Sirius æstu
Non tepet, ast gelidos, pectus cum torret anhelum
Dira sitis, præbet labris arentibus haustus,
Atq; parit sanum membris, animisq; vigorem,
Nec donis multo simul atq; ignobilis usu est.

Hic quoq; communem cujus creberrimus usus
Et decus ac justam laudem non raro meretur,
Laudibus eximjis decet illustrare tabernam,
Et simul egregium Musis efferre mæcellum:
Publica quandoquidem cunctis hoc commoda prestat.

Seu caro delectat pinguis sine labe juvenci,
Sive Suilla tibi, teneri seu mollior badi,
Seu vitulina libet, vel quæ benè nutrit ovilla,
Mandere sive velis antiqua viscera vacca,
Quæ tamen interdum febres peperere malignas,
Huc ades, hinc stomachi benè conciliare latrantis
Fauces, atq; famem poteris depellere duram.

Est via parva foro, vocat incola quisq; FORAMEN,
Quem propè vasa locum figuli sua concava vendunt,
Fœtibus arboreis uberrima, cognita parvis
Penè magis pueris, bellis & gratia puellis,
Quàm qui vel vivit maturis integer annis,
Non adeò vir sic opsonia curat adultus.

Eheu quàm plures nummos matrig; patriq;
Excutiunt oculis, blandis dum vocibus instant,
Nec prius absistunt, nisi supplevere molestos
Illorum monitus, satis & fecere querelis.

F

Istic

TABERNA
PUBLICA
SIVE MÆ-
CELLUM.

FORVM
OPSONA-
RIVM.



Ist hic quisq, nuces nervoso cortice dulces,
Et matura capit non interdicta secundis
Mensis poma, botros nitidos, vaccinia, fraga,
Persica, castaneus, lactucas, mespila, pruna,
Cum cerasis virides siliquas, pyra, mellea, fungos.

POPINA
è regione Cu-
ria.

Curia transverse respectat nostra POPINAM,
In quo jejuno cocus inservire palato
Nititur, hic gula quicquid heri, quid heræve reposcit,
Promit, laut a parans sat fercula nobilis aula
Qualia non spernit, lances his sæpe coronans.
Hic elixa caro datur atq, affata, subinde
Qua non ingratos latè diffundit odores.
Brassica quod folijs conspersa virentis anethi,
Rapaq, fumoso lardo decocta saporem
Induit, & terra, quicquid sinus educat illud
Publica decoctum sibi vendicat omne culina,
Delicias præstat qua divitis inter opimas.

FORUM
PISCARI-
UM.

Antè fores bujus FORA sunt PISCARIA, pisces
Hic ubi pinnigeros pro nummis accipis, esox
Seu placet, alburnus, lucius, mustela, cobitis,
Fundulus aut barbus, cum perca anguilla, rubellus,
Carpio, perca minor, cum cancris atq, platessa.

CARCER
POPINÆ
contiguus
vulgò Germ.
Das Key-
ser Häuß-
lein.

Adjacet hic carcer, quem continet ipse popina
Contiguè inclusum murus, lateriq, locatum,
Clatrorum è solido cinctus munimine ferro,
Nomine cognata vulgata DOMUNCULA dictus
CÆSARIS, idcirco quod idem cognomen, ut ajunt,
Hic tenuit qui primus in his requievit amœnis
Claustris, in fidis inimica domuncula serois,
Quas recipit, si quando manu fori asse rapaci
Hortorum fructus, rurisve avellere fruges
Ausæ sunt, & eas digitis violare petulcis,

Aut

Aut quoque viros sese proscindere dictis,
Nec sibi ridiculis veritas sunt parcere pugnis.

Stant juxta longo vulgares ordine cella,
In quibus humanos varia venduntur ad usus
Res, quibus immodicos partim sedare latratus
Ventriculi poteris: velut ova recentia, sulphur,
Candela, Sal, adeps, cum capis, pecten, asellus,
Radices & Petroselini, brassica, creta,
Lardum cum butyro, pressique coagula lactis,
Ac genus haeccum salsum quas exhibet aquor.

Post ubi se Phœbi via lata recludit ab ortu,
Non procul à valvis Porta, quas ungue leones
Depicti rubeo conservant ambo colore,
Diris efflantes oculis ac naribus ignem,
Constitus umbrosis se mons attollit olivis,
Saxea quem quondam Phidias in mœnia templi
E Saxo sculpsit, seculi monumenta vetusti,
Hic Salvator ubi Solymis offendit in horto,
Lurida càm fieret pro mundo victima, toto
Ignavum comites proflantes ore soporem,
Quem circum furiosa cohors seva horrida mortis
Arma gerit, diras hastas, uncasque bipennes,
Pilaque cum frameis, mistasque doloribus harpas,
Ac oleo stuppas, faculasque bituminis unctæ,
Ferratasque manus, & acuta cuspide contos.

Non procul à regione fori, quæ civibus auro
Asolet hirsutos gens rustica vendere porcos,
Planities vicina jacet, quem forte vetusti
Cives à tumidis olim dixere mamillis.
Diffugit impositi nostrates nominis autor,
Ejus & ignota est hodierno tempore causa.

Quid porro recitem passim tot sparsa per ades

TABERNÆ
PUBLICÆ
INSTITO-
RVM vulgò
Die Ha-
denhäu-
lein.

RIBRI LE-
ONES depi-
cti in portâ
versus ortum
in aditu pla-
teæ latæ po-
siti.
MONS O-
LIVETI mœ-
nibus templi
antiquitus
appositus.

Planities
quedam in
oppido, propè
forum porci-
num, nomen
habens à
mamillis.

BALNEA.

BALNEA, non etenim mihi mens hæc atq; voluntas.

PUBLICA præsertim fas est decorare disertis
Laudibus, accingit quæ fructibus hortus amœnus.

Sunt hæc utiliter dignis simul intus & extrâ
Aedificata modis, & nota salubribus undis,

Quas per conflatum radianti ex ære canalem
Excipiunt, perq; ora spuunt fabrefacta balneæ.

Hic crateres habes, in quos illabitur unda,
Mirificâ deducta cavis ex fontibus arte,
Ne cui forsân aquæ salientis copia desit.

Sunt loca quæ tepeant, sunt hic sudoria, labra,
Quis poteris graciles immergere corporis artus.

Nec locus hic unus sine limite seruat utrumq;
Sexum, barbaricis fieri ceu fertur in oris,

Sed pudor illæsus natura fila secutus

Parietibus monuit spissis discernere, tuta,

Ut femella foret, petulansq; puellula nudos,

Ceu decet, intuitus posset vitare virorum.

Quisquis in assiduo malè solis obambulat aestu,
Atq; suum pravo corpus sudore molestat:

Aut agrè stomachi lentas cui digerit escas,

Seu tibi neglecti crines à frontibus hærent,

Barbaq; ceu faciem tibi luxuriosa pererrat,

Sive quis adverso tulerit grave vulnus ab hoste,

Aut per fossa globo tibi saucia brachia livent:

Adsis, hic replicas sparsos per colla capillos,

Dum lubet, hic calida lustraberis imbribus undæ,

Herbisq; & succis medicabitur alta cicatrix,

Ac devictus atrox dolor hinc medicando peribit.

Non procul inde D O M U S mea stat constructa, de-
center

Quam bona materies plenis beat undiq; buccis.

Aedes

Διαγέ-
φη.
adium au-
toris.

Aedes ingentes, superant quæ vertice nubes,
Invici quas olim adytu faber ipse locavit,
Quas rubros circum lateres pertexere cernis.

Has, ego vitales postquam producor in oras,
Docta mihi struxit Latio Jove nata Minerva.
Successus nobis concedito, CHRISTE, benignos,
Donec in hoc parvo miserum traducimus ævum
Hospitio, tunc te tantabimus, atq; perennè
Grata tuis hilares solvemus laudibus ora.

Illas multa tegit quas tegula, tecta columnis
Firmis & trabibus munita tumentur ab undis,
Quas levis obliquâ diffundit Aquarius urna,
Vim quoties pluvijs Orion incutit Austris,
Et jam fecundi rumpunt se nubibus imbres.

Excipit hos nimbos imbrex, quos longa canalis
Dejicit in terras, aedes ne perpluat imber.

Obvia majoris versant quam flamina venti,
Ferreâ supremo vexillula culmine stridet.
Cancelli virides, rubidoq; alboq; colore
Distincti, vitreis commendant hasce fenestris.
Fulta novem cum cardinibus tenet ostia: magna
Sat loca vestibuli, calidum quibus itur in assum,
Omnis quo paries tabulatis intus amictus
Stat plancis, habitu quos flavo mutulus ornat,
Undiq; gestantes cum vitris stannea vasa.

Sunt rubram circa mensam depicta colore
Scamna rubro: cacabis fornax viridantibus affert
Flammâ de tenui validum satis apta calorem.

Inter picturas alias quoq; viva parentum
Aspectas vivis expressa coloribus ora,
Suprà se viridi quæ janua velat amictu,
Sordibus has pulvis maculet ne fortè tabellas.

Hyperbale.

Annus æditi
exstructarum
1576. qui
ipsissimus
Natalitius
auctoris fuit.

Vaporarium
opere tutissimè
no vestitur.

Effigies pa-
rentum.

O si, chare parens, dulcis te vita maneret,
Prosperiore loco rerum fortuna mearum
Fortè foret, meliorq; domi me cymba bearet.

Nulla sed invitis unquam valet optio fati,
Tempore quod nequeat mutari, sæpè ferendum est,
Et speranda tua felicior aura carinae,
Cui semper Zephyros DEUS aspirabit amicos.

Ampla coquendorum focus atq; culina ciborum
Zythiferiq; capax quoq; cella liquoris abundè est.

O utinam parerent potusq; cibosq; salubres
Hec possessori saltem loca spontè quot annis,
Aurea tunc vero plausu mihi secla venirent.

Scandis ut ad medium penetrare, cubicula surgunt
Hospitis, hospes ubi charo cum pignore, chara
Atq; tbori sociâ declinant lumina somno,
Et dulci refovent languentia membra quiete,
Membra pijs curis, & fessa labore diurno.

Hujus purpureo nunc frigidus Eurus ab ortu,
Quatuor & miti perflat Notus ore fenestras,
Quis sopor ingreditur fulvis circumdatus alis,
Præcinctus placidum bicolore papavere frontem,
Dulciter exhaustis demulcens fracta labore
Corpora, pax animi, casusq; levamen acerbi,
Et requies rerum, damnosa oblivio cura.

Hic miram ne queo rem, quæ dignissima dictu est,
Mittere, non etenim me dicere vera pudebit.

En ego dum recubo prima sub tempore lucis
Mollibus in plumis, tonitru mihi currit ad aures
Interdum, rapido quod sæpè Phalaria nervo
Ejicit, ere minax ceu rupta segmina nubis
Emittens lapides, volucres quos vibrat in auras

LIPSIÆ,

Culina &
cella.

Οχι πα-
ειναργος.

Contignatio
ad medium me-
dia.

Fenestra.

Sonitus quos
adunt tor-
menta belli-
ca in propu-
gnaculis Li-
psie, cujus bo-
atus ad ali-
quot millia-
ria audiu-
tur.

LIPSI A, cūm recolit solennia sacra per urbem,
Aut quoq; vir Princeps equitatu visit eandem,
Tunc jacit hoc fulmen ferale tonantis abeni
Monstrōsi inventum monachi monstrōsa Boarda,
Terribilem q; sonum concussi imitatur olympi,
Et sic ad centum quatit intervalla boatum,
Maximis excipitur letis quo plausibus heros.

Sunt satis exteriūs spaciōsa cavēdia, lignis
Straminibus q; reponendis sat idonea, semper
Apta saginandis prae se pia dantia porcis.
Præbent anseribus pariter loca commoda raucis,
Oviparis & gallinis dant tuta canoris
Tegmina cum gallis, cantu revocantibus almam
Lucem, quam croceo portat Pallantias ore,
Dum nitidas roseis nubes amplectitur alis,
Atq; novā spargit lustratos lampade montes.

Cūm loca summa peris tibi contignatio surgit,
Juncta pavimenti cujus sunt stragula puris
Asseribus: circum retinacula stupea pendent,
Hic ubi siccarī benè smegmate lota supellex,
Inq; suos possunt frumenta reponier usus.

Nonne sed auditu res est mirabilis ista:
Dum jactas oculos per apertas fortè fenestras,
Mox subit hic talis campum prospectus in amplum,
Occani possis ut ad ultima septa vagari
Et sentire procul fermè sic nare sagaci,
Luminibus q; sequi, diverso nempe sub axe
Has terras atq; hos populos, si credere dignum est:
Flandros, Moscoviam, Burgundos atq; Sicambros,
Sclavoniam, Walachos, Croatosq; Ceraunia, Colchos,
Cum Moravis Arabes, Garamantes atq; Nigritas,

Heru.

Cavēdium.

Contignatio
adium su-
prema.

Prospectus
amoenissimus
è contigna-
tione supre-
mā in cam-
pos patentes.

Lusus Poeti-
cus, ut q;
Cōdiciōs.

*Hetruriam orbivagis cum Russis atq; Borussis,
Moldaviam, Paphlagoniam, Cantabria terras
Quas colit, arboreoq; referta Calabria foetu,
Et similes qui sunt alio sub climate mundi,
Quos sicci positus caeli, majorq; minorq;
Ursa tenet, radijs & fuscatur vesper anhelis.
In rebus lepidis ludunt quandoq; Poetae,
Et miscent veris arcanos saepe cachinnos,
Suggerit illorum letus quos praeses Apollo.*

FINIS LIBELLI
PRIORIS.



DELITII

DELITII MISNIAE
 OPPIDI,
 LIBELLUS POSTERIOR.



*Hactenus externo, patriæ telluris hono-
 res,
 Illius atq; situm, qualiq; sub ætheris au-
 rã,
 Aëris aut jaceat positu cecinistis, amice
 Piërides, castis, ò provida cura Poëtis.*

ΠΕΤΙΣΤΕ-
 ΟΥΣ.

*Uterius quid nunc (& honor vos ille salutat)
 Urbis poscit amor, nostris his addite chartis:
 Qualis consilij vigor ampla senacula tangat,
 Gauderet excellens quali vel curia sorte,
 Quæ populi virtus, aut observantia legum,
 Quales vel mores ornet vel candore eundem,
 Quantaq; latificet plebis dilectio CHRISTI
 Vates, Melpomene propria non laudis amore,
 Omnia percensere, nec veris adijce ficta,
 Ne tua fors an edax arrodât pectora livor.
 Innotuit terris, imò jam notior ipsis
 Sideribus morum probitas et vita decora,
 Tum lepor in multis & sancta modestia rebus,
 Quæ non objecit prisca vestigia gentis,
 Sed virtute, pijs & moribus aucta decenter,
 Intemerata sui fastigia servat honoris.*

ΔΙΠΟΣΟΦΟΝ

*Præcipuè lecti prudentia pectora cætus
 Conspicuos virtute viros, meritisq; verendos,
 Quos grave iudicium, censuraq; candida legis,*

Curia & or-
 dinis Sena-
 tary amplitu-
 tudo, inq;

G

Quos

causis singu-
lis iudicij æ-
quitas &
rectitudo.

Quos probitas, quos æqua fides, quos ardua virtus
Et mores celebrant, titulus quos ætus honestat,
Quis generat claram ventura in secula famam
Iustitiæ pietas genitrix adjuncta fidelis,
Ore canam memori. Nam quis neget esse beatas
Atq; vigere diu faustis successibus urbes,
Numina cum tantos bis attribuere Magistros.

Pellitur hinc anceps in æsto discordia vultu,
Hinc procul aufugiunt dubij certamina Martis.
Non hic perfidiæ locus est, non livor iniquus
Insidiæ valent, nil quicquam effrena potestas
Occultis odijs, vel vi molitur aperta,
Ob nimis effloret, novies deciesq; beatè
Illà DELITIUM præsertim nobile dote.

Dicit o commemorem tua quo præconia versu,
Qualia conscripti claro tibi sanguine Patres
Pulcris causantur factis & carmine dignis.

Claret ab omnigenâ celebrandus parte Senatus,
Præstans iudicio causis & dexter agendis,
Consilio felix, adeo non fronte severus,
Nec sceleris patiens, iniusti criminis ultor,
Virtutisq; tenax, vitijs decernere pœnas
Prævens, & justis bona querere premia factis.
Iustitiæ pietas, probitas subjecta favori est.
Innocuus nunquam punit lex impia cives.
Divitis hic Cræsi nil cuiquam opulentia spondet,
Pauperis atq; Iri non ullum lædit egestas,
Tota sed unisonâ letatur curia sorte,
Non amor hinc recti vilis spectus vè recumbit,
Iustitiæq; via nec paupertate gementes
Immodico mœrent fastu sed circiter illam
xultat pax læta volans plaudentibus alis.

Ne

Ne quoq; fatali Respub. patria damno
Lugeat, aut etiam furiali infecta veneno,
Prospicit haud frustra sapientum concio Patrum,
Publica pax quibus est commissa, salubris & urbis
Commoditas, quorum non sordent pectora fastu,
Sed virtute pijs & sunt circumdata factis,
Pectora Pierijs nunquam suspecta Deabus;
Ducta per Aonijs lenissima murmura fontis,
Dulces gustavere lacus, lymphasq; liquentes,
Ac se Romasas hinc formavere per artes,
Qui nunc utilibus defendunt legibus urbem,
Quos DEUS esse Deos jubet & vice Numinis uti.

Quis mihi tantum aliquas vires afflabit Apollo,
Quaeve mihi eloquij tantillum Musa sonabit?
Ute docili vestras complectar gutture laudes,
Ardua quas vestra decernit gloria fame,
Gloria quae latis patriam circumvolat alis.
O mihi si simili spiraret gratia lingua,
Qualis lingua senis Pylis facunda fluebat,
Vos equidem justo quam vellem dicere plausu.

Ex multis quosdam, quos evehit aurea virtus
Ut merito narrem, celso vir pectore praestans,
Quem non ambitio nec amor quoq; frangit habendi,
HOLTZMULLERE, tuis debetur gratia gestis.
Patria consilij exerceas oppida sanis,
Tu praestas almae fontem scaturire salutis
Largiter eximie decorent & ut omnia mores,
Ac, vigil assidue quicquid rerum exigit usus,
Efficis, inconstans & quid fortuna minatur,
Judicij matura tui sapientia cernit.
Pegasidam socios benefactis largiter ornas.
Namq; tuis placidis sita sunt Musae sub alis

Wolfgang.
Holzmueller
Consulum
Senior.

Castra suis ditata bonis atq; usibus aucta,
Vive diu eternis, consul victure, Camœnis,
Det Deus eveniani longæ tibi tempora vita,
Jugiter atq; tuum volitet benè nomen in orbe.

M. Andre-
as Fischer
Consul.

Tu quoq; qui servas fascēs, urbisq; decorem,
Et genus à clavo proavorum semine ducis,
Quod PISCATORUM designat origine gentem,
O accepte Deo consul florebis in urbe,
Nostræq; te florente diu Respub. stabit,
Nec quodam recidit casu labefacta sinistro.
Optima præclari spectas dum facta parentis,
Splendida te magnæ stimulat virtutis imago.
Tollit præcunctis te salva modestia rebus.
Te foris atq; domi pulcherrima regula morum
Prædicit, o patriæ decus & spectabilis urbis
Flosculus, instabili quem sors non cæca favore,
Aut honor insequitur simulato poplite plebis.
Civibus ipse tuis patrio permotus amore,
Subvenis officiis & eas spe solvis ab ægrâ.
Quippe ita Thespiacis pridem nutritus in hortis,
Scripserit ut tandem olens te jure Magistrum
Pallas. Elster ubi piscoso labitur amne,
Spumifer & Phylives doctam præterfluit urbem.
Vive diu patriæ, desertis vixit Camœnis,
Civibus atq; tuis, præsertim vive J E H O V A.

Esaias VVi-
precht Con-
sul.

Te Themidos pariter pulcras qui labra per artes
Direxisti, nec non dulces Permessidos amnes,
VVIPRECHTE, agnoscit cultorem urbis nostra disertū.
Non minus hanc urbem laudis certamine vestis.
Provida cura tibi, pleno quo publica fructu
Commoda florescant, reprimant nec tristia cives
amna, studeat patrijs abs que depellere muris.

In

In tua non parvis industria cognita causis:
Iudicium felix, magni vis pectoris ingens,
Et vigor ingenij fortis, res fixus in omnes,
Prospicit, incautè ne forsitan oppida captent
Tres quæ dispensant mortalia fata sorores.
Plena serenari perfundens verba nitore,
Doctam consilijs mentem prudentibus ornas.
Scilicet inde quies, nostris hinc gaudia portis,
Gloria divitijs & surgit splendor honesto,
Gloria perpetuum lucens mansura per ævum.

O utinam possem digno contexere versu
Hic, J E C E R E, tuæ pariter præconia laudis:
Cui patet infaciles pietatis non lassæ Camænas,
Quis pax quas famulas habet inclytæ gloria Juris.
Est res grata Deo rerum laudare potentes,
A quibus in cives promptissima gratia vergit.
Tu dubios J U D E X causas expendere promptus,
Feliciter actas urbana negotia cursu,
Add: Et cę gregi civilia jura ministras.
Ore tuum memori fas est m e ferre favorem,
Et tibi pro meritis æternas solvere grates,
Posthuma secula tuum tollent super æthera nomen.

Et tibi donavit mores natura probatos,
Quippe catenatas juris qui fortis habenas
Suecis justiloquis, vir candidè, slectere verbis,
Consilio felix, recti nec inutilis autor,
Spontè tuum quis non V V O L F G A N G E, an lire fa-
vorem,

Sive tuum tu peres factis extendere nomen?
Labra tibi Charites, pectus regit aurea Pallas,
Et lepidè decorat doctrinæ p. clora dote.
Tu munis leges, & civica fœdera sancis,

Christoph.
Ieger Rei-
pub. Came-
rarius &
Iudex ordi-
narius.

Wolfgang
Richter Rei-
pub. Iudex
& Camera-
rius.

JUDICIS invidi cum laude tueris honorem.

Semper pacis amans doctas amplecteris artes,
A quibus omnis habet bene vita togata decorem,
Nulla tuum poterit nomen delere vetustas.

Urbanus
Kirchoff, iti-
dem Reipub.
Judex &
Camer.
1613.

De te, KIRCHOFI, referam quid laudis, in urbe

Nominis urbani quem laus urbana venustat?

Dignus es ellogio, decimus tibi tertius annus

JUDICIS officium, dignè quod clara Senatus

Concio decrevit, promotor amabilis, offert.

Grata tibi virtus, tibi candor amabilis usq;

Sancta fides, atq; utilitas tibi publica cordi,

Alma pacis amans, studijs das premia rectis,

Virtutisq; decus solo metiris honesta,

Quo celebrant titulo doctæ te jure Camoene.

Ritè perenni crepis quem gloria concinit alis

Te, RICHTERE simul curis vigiliq; labori

Addictum cum, quas agitat Respub. causas,

Æternis sancis chartis, ævoq; reponis,

An mea Calliope sileat? tibi pectora candor

Vestit, & invicta tollit virtutis imago,

Excitat externas, quoq; que, si vera, favores,

Juris & Aonidum cultor, perdocte Magister,

Haud fal. o patrij lumen venerabile regni.

O nimium fausto riserunt omine Parca,

Prima tuo postquam natali splenduit aura.

Innocui mores, virtutigeniq; lepores

Commendant merito nomen studiumq; juvandi

Cunctos officijs, tua doctis ora Camoenis

Firmasti, teneris dum flos permisit ab annis,

Hinc te doctilogue traxere per alma Sorores

Arua. Medusæum peperit quibus ungula fontem,

Cum Nymphisq; colit plausu quas Pisisna secundo,

Incinxere

Pegasus e-
quus alatus
Neptuni &
Medusæ ex
Medusæ san-
guine, quam

Incinxere tibi victrici tempora lauru,
LIPSI Aquâ celsas jactat celeberrima turres.
Has alis bas decoras, aternos nomen in annos
Inde trahis, non te, vir docte, beata silebit
Euterpe, Themidos latices ac Palladis artes
Donec erunt, donec vitulis & aura manebit.

Non male suada viros, titulis & apolline dignos
Sternit pauperies, sacrum nec Phocidos amnem
Ulla vel exsiccabit inops aut tristis egestas.

Singula spectati sapienti pectore catus
Prædita membra referre, nimis labor arduus esset,
Ac opus in longa numeros excresceret illud
Iliados, cuperem si cunctos ore referre
Urbs quos nostra viros claros produxit in oras.
Plures transilio, quos Pallas & ardor honestæ
Commendat vitæ, quorum pietatis abunde
Notus amor magnis patriam virtutibus auctat,
Terrigenis pietas rerum ditissima messis.
Omnes in studium sudant commune salutis.
Nil nimis affectant, Spartamq; tuentur & ornant,
Ad quam legitimâ sic conditione venêrunt.
Semper bonos curæ est sibi non mar supia vulgi
Distendunt damnis, nec adest male fida potestas,
Verum tuta quies, nullis odiosa querelis.
Dijs pariles justis qui patria mœnia sceptris,
Et vestros regitis securâ per otia cives,
Quæ faciunt vestrum laie increbrescere nomen.

Confovet ut reliquos astrorum Cynthia ignes,
Lucifluam plene faculam dum concutit orbe:
Palladias pietas sic vestra exuscitat artes,
Pectora præcipuo dum docta favore juvatis,
Vos penes & nervi florent & pondera juris,

Vos

Perseus in-
teremittit, na-
tū astruunt:
hic volavisse
dicitur in
Heliconâ ubi
saxum un-
gulâ feriens
fontem ape-
ruit, à quo in
Græcis nomen
habet Πηνελ-
opεία enim Græcis
suis est. Vide
Fabulam a-
pud Ovid. 4.
Metamorpho.

Vos penes est unus nostri custodia Ludi,
Permanet & statio semper dulcissima turbis
Phœbicolis, trepidis in rebus saepe gravatis,
Id quod vos magni per magna palatia cœli
Obtestor: vitæ fatales longa Sorores
Fila trahant vobis & secula læta ministrent.

O felix tantis urbs patria sive Patronis,
Vivite Semidei, discordem temnite vitam,
Ardua DELITII sibi vosmet gloria bigis
Ducet Olorinis magno clangore per orbem.
Dulciter in nosmet vestras inflectite mentes,
Non erimus vobis vitio, sed vestra feremus
Nomina, nec meriti veterascet gratia vestri,
Nec pressam gremio vos defovuisse pudebit,
Numine si lævo modo non spirabit Apollo.

Dum jubar ostendet radijs insigne coruscis
Titan, & assiduo surgent vagæ sidera motu,
Ac nitidâ terras spectabit imagine Luna,
Vester stabit honos, & ad astra vocabit olympi
Lucida DELITII famam, cœloq; receptos,
Jugiter extollent vos laudis honore nepotes,
Perpetuò vestra Respubl. floreat urbis
Clarus Apollineam vœt at dum Phosphorus orbem.

Qualia Justitia scriptos encomia Patres
Condecorent, tenui nuper contadimus ore,
Summus atq; isthinc justidocumenta decoris,
Patria chara tibi: dicam nunc amplius ergo
Dia beatifici florent quibus augmina verbi.
At decus hoc hominis facundi gutturis omnes
Exuperat vires: etenim quis talia fando
Exprimeret, satis aut uberrima munera grato
P. Etore commemoret? cœli: quæ pro:ulit arce

Ecclesia di-
ligens
narrationis
verbiq; Dei
cultus & ho-
nor singula-
ris.

Vera

Vera Dei soboles, fuscus destructor averni.

Quis satis hoc donum Rhetor sermonibus ornet?

Quisve decus digno ferat illud honore Poëta?

Illi seu currant facunda flumina lingua,

Verbaq; ceu fluidos nix fundat ab aethere floccos,

Promia sive manu referant sua pocula Musa:

Hic tamen Aonides omni cum Rhetore frigent.

Non mihi si centum sint labia, guttura centum,

Aenea vox, agiles linguae, & canor omnis olorum,

Aut sonus è buccis iret mihi ferreus, a q;

Flumina Callimachi Romaniculta bibissem,

Seu quoq; grandiloqui stueret mihi vena Maronis,

Eloquijve nitur Ciceronis tangeret ora,

Aetherei possem laudes extollere verbi,

Quo sine nullus honor, sine quo non ulla voluptas

Sive Salus aliquid praestat mortalibus agris.

Hoc sine sollicitos hominum mala crimina mentes

Concutiunt, Stygiq; ferunt tormenta doloris.

Hoc sine vita bobus, gelidoq; simillima letho est.

Hoc sine quicquid agis clivosi Rector Olympi

Non probat, & subitis pereunt terrestria ventis.

Hoc sine quae triplicis capiunt confinia mundi,

Non (prostrata jacent quia singula) robur habebunt,

Ob quantum est sacri mysteria discere verbi,

Illius & cupida resonare tonitrua mente,

Quae bona tanta bonis gignunt, ut deniq; Divis

Equiparent homines, & eos lucrentur olympo.

O hoc DELITIUM divino munere felix

De priscis quoniam tua sunt erepta tenebris

Templa, fovent alacri talem quae pectore dotem,

Et decus hoc patrijs retinent constanter in aruis.

Ejusdem Ver-
bi divini di-
gnitas &
utilitas.

H

Nec

Indefessum
piorum ho-
minum stu-
dium proje-
quendi cul-
tus, divinos.

Nec sine fruge sacri volitant oracula verbi,
Barbara luce novâ solvant & corda serenant.

Plurima sed populi, magna quod laude vehendum est
Pars pietatis amans, & puro dedita verbo,
Undiq; conveniunt, alis cum pendula clangunt
Turribus æra, suos infecto & sine labores
Linguunt, indicto præbentes tempera CHRISTO,
Lugentesq; gravis commissa piamina culpa,
Pectora pura Deo dant, exorantq; precando
Peccati pœnas, & cœlica tecta Tonantis
Affectant misero miseri sub carcere mundi,
Qui veniam indulget prædis mitissimus ausis,
Exemptosq; malis pœna quos jure solutos
Annuit & heredo cives accipere regno.

Festis cum primis studium hoc feruere diebus
Aspicis, immensam vix limina sacra catervam
Comprendunt: Bacchi tunc non resonare tabernas
Audis, nec posito spectas convivium cultu,
Vana velut gens hos diverso more prophanat,
Dum lusu, otat hisq; diem trahit, ocia segni
Cum torpore fovens colit assuetudine sacros
Ritus, hos magno temerans duntaxat abusu,
Quod solet in numero perfecti ducere cultus.
Sed mentem sacris satagunt componere jussis,
Ac orare Deum, ut lubricus abstrahat error
Incautos animos labor omnibus unus & idem est.
Hic pia thesauros cœlesti congerit auro
Mens, quibus exitij baul imminet hostis aperto
Marte, nec astutis manibus nox diripit atra,
Quosvè nec imber edax nō flamma nec improbus Eurus,
Non fuga seclorum, nec inexuperabilis unquam
Annorum minuit series, operumq; vetustas.

De

De cathedrâ spargis sani quæ semina verbi
Docta cohors, memori te tollere carmine malle,
Tanta sed excedunt inopes encomia Musas,
Quæq; tibi imposuit DEUS ardua munia terris,
Humanas vincunt laudes, & scribere quantis
Nisibus invigilas, cum sacra volumina verbi
Ætheris atq; viam pandis, me copia turbat.

Verùm cœlesti solus quas misit ab aulâ
CHRISTUS ut exsolvant contagia noxia mundo,
Mundatasq; animas ad cœli regna reducant,
Pergite, vos TRINÆ CHARITES, & qualia mundus
Præmia non tribuit, cœlis sperate per ævum.

Optima DELITIUM Misnensis gloria terra,
O decus, ô patriæ nitidissima stellula sedis,
Pura salutiferi constans oracula verbi
Assere, certa tuis hinc factis fama vigebit;
Celsaq; stelligeri sic ibis ad atria cœli.
Tu ne fide malis stulto nec temnito corde
Aut honor aut cultus vel quid victoria CHRISTI
Exigit, afflictæ spes est hæc unica vitæ.

Hoc agis atq; pio numen veneraris amore,
Et facis ut CHRISTI generoso Ecclesia fructus
Crescat, & immensum latè se fundat in orbem.
Ritè viros etiam verbi qui dogmata pandunt
Magnis impensis, meritis & honoribus ornas.
Quæ tibi pro tantis benefactis dona litabo,
Quovè tuas ausim laudes contingere metro?
Scilicet hinc dives summi possessio cœli
Te manet, ac ingens æterni gratia facti.

At nunc veriloquis decet enumerare Camœnis,
Incola quos ad amet mores, quæ gloria cives
Excitet, aut studiùm stimulet vel cuncta decenter

Reverentia
erga mini-
sterium.

Ordinis civi-
lis constitu-
tio, merumq;
& vitæ per

omnia lepor
ac venustas
conveniunt.

Gorgones di-
ctae sunt
Phorcis filiae,
nomen ha-
bent à tru-
culentiâ
quam Graeci
γοργόνες
appellant.
Exulat su-
perbia.

Exulat i-
gnavia.

Fortitudo ci-
vium bellica.

Quomodo procedant aut conserventur in urbe,
Quod genus oblectet vita virtutis amantes
Indigenas, quos in primis Concordia firmat,
Et nutrit non fictus amor: nil turpis acerbi
Intentat livor, vexatus cladibus ardens:
Alterius nimium, fragili contrarius ævo.

Turba Magistratus faulrix, non fraudis inesciat
Ictibus aut sevo patriam quassare tumultu
Gestit, & obsequium nunquam cum murmure perfert:
Utilitas patriæ quicquid vulgata requirit,
Cunctis æquanimi respondet opinio sensu.

Haud nimis elatas maledicta superbia cives:
(Reddens Gorgoneos male sana superbia vultus)
Fosinat, aut habitus formæ prælata caducæ:
Maxima non luxum suadet neccopia fastum,
Ardua præcelso qui sidere vertice pulsat.
Te rex umbrarum Pluvio Saturnius imis.
Sub terris peperit, squalentia corda veneno
Conspurcans adeo, turpes ut sæpè favillas:
Spargat, cum quendam potioem cernit bonore:
Exulat hinc longè, nec nostras inficit ædes:
Ista lues, recto nec rupta, modestia calle
Intra se retinet metas, præcordia sumtus
Vestitus ve decor, nec inanis splendor obumbrat,
Sæpè superbifico fastu quo corda tumescunt,
Et ventosa quatit præcelsus Spiritus ora.

Non pigro tractant objecta negotia cursu,
Segnia nec turpi traducunt tempora luxu.
Otia diffugiunt, turpem & torpedinis ansam,
Præmia continuo quærentes ampla labore.
Ob patriam malunt & religionis amorem
Durum Martis opus, bellig. capescere sortes,

Et

Et validas conferre manus, ac fortiter hostes
Opprimere, in galeis virtutem ostendere promtis,
Clausis quam portis turpi consumere vitam
Luxuriam, qualis fortissima perdidit olim:
Exitio misero praecelsae moenia Trojae.

Quilibet assuetas exercet sedulus artes,
Atque suis studiis intentus, nescit inertem
Luxuriam, Bacchum, Venerem, ventremque voracem,
Humanas quae saepe solent prosternere vires,
Ac magis Circais herbis corrumpere mentes,
Dulciter affusi, has enervando venenis.
Non animus flammam trahit ambitionis anhelas,
Nec mens immodico sublimis inebria luxu
Abijcit in turpes heroica pectora motus,
Omne sed illeso scelus evitare pudore
Praemonet, & laxo non ulla licentia freno
Per vitia aut fraudes ornatis moribus obstat.

Omnes consuevit propugnant munia vitae,
Nec repleta ferunt largo cerebella Lyaeo;
Frugali potius sustentat corpora victu.
Si tamen interdum dulci recreare falerno
Pectora lassae juvat, non fercula mille patellae
Tunc onerant, Cereris, Bacchi nec noxia regnat
Copia, sed solito convivium sobria ritum
Lusibus atque jocis, suavi & sermone frequentant;
Plena nec inflatis absorbent pocula buccis;
Egregiam non hic ars potatoria famam
Laude sed amissa meret aspernabile nomen.
Quis DEUS Aonides terris hanc obtulit artem,
Aut scelus hoc nostras primus deduxit in oras?
O per Teutonicos nimium spectabile campos.
Dedecus id prisco, nostro sed tempore laus est,

Industria in
laboribus
Vocationis.

Civium frugalitas.

Ebrietatis
incommoda.

Usq; adeò rara est antiqui cura pudoris,
Prorsus amicitiae signum venerabile quondam,
At dolor invisus nunc hanc spectatur in arte,
Illius ignarus nostro est ignobilis aeo.
Non febris, non bella, maris nec mille charybdes

Convivium
Musicum,
quod paulò
sub Festum
Bartholomaei
quot annis
celebratur.

Fortia crudeli tot sternunt corpora leto,
Quod solet hic morbus, tacito quae pectora morsu
Rodit & exitium celer invidiosa voluptas
Insimulat, subitoq; homini seruire furori
Imperat, innumeras condens in viscera pestes.
Non furor hic penitus patrijs dominatur in arvis,
Vivere quàm bibere hic satius, miser ille remissa
Perniciem cumulans hac quisquis praterit aure.
Annua cum primis sunt hic CONVIVIA dignis
Concelebranda modis, quae MUSICA TURBA quo-
tannis

Apparatus
hujus convi-
vij splendi-
dus.

BARTHOLOMAE Abrevi triduum sub festa celebrat.
Egregio semper sunt hac instructa paratu,
Qualia (cum recolat nostram fors Sponsus in urbe
Gaudia festa pithalami) splendescere siccunt,
Estq; Sodalium penitus peramabile: donat
Ipse Magistratus convivium talia sani

CUPA Cere-
visiae Torgen-
sis.

Quadrata Zybi CUPA, Torgense ministrat
Quale solum, suavi reficit quod pectora gustu,
Scilicet inde bonum petat hic ut quilibet haustum.

Piscatio.

Ceruleo LOBRIDIS saposè flumine pisces
Postridie capiant magnis ut retibus, idem
Uq; sodalitia permittere sive vit honesto.

PROVISO-
RES DUO.

E socijs presunt bini, quibus optima rerum
Ponere vulgatum suasit PROVISIO nomen,
Quos primùm scribunt per florida ferta, subinde
Mutua CANTORUM dum sunt suffragia lata.

Dulci

Dulci colloquio, cantu, cytharisq; tubisq;
Tempus in hoc hilares totum consumere gaudent.
Pectoris hanc etiam virtus humanior urbem
Spectat à populi cum mansuetudine jactat.

Ergo mihi statuit quem dulci prospera portus
Sors hac prae reliquis hac semper in urbe videtur
Et locus atq; focus vitae dulcissimus esse.
Nec mihi sub queruli jactatum gurgite fati,
Si fuerit superis hic memet degere visum,
Inter Apollineos catus & numina vatum
Afferret stabilem scelerosa calumnia mentem,
Subuola non justum mentita calumnia fucum,
Nec premeret properans placido me sine Senectus.

Postremo nobis formosa referto Thalia,
Praesignes facie pueros, puerasq; venustas,
Atq; vercundo matronas ore, pudica
Quarum omnem superat cultum reverentia fama.
GOTZIA quot volucres cum SPRODA nutrit, & unde
Multi jugo LOBRIDIS virides quot pisce natantur,
Quot vè grues celeri pennarum verberare findunt
Aëia: sive vago quot tempore veris alaude
Tramite consuetis celsum per inane leva e
Aether a permulcent concentibus: ore libenter
Tot bene florentes fovet urbs hac nostra puellas,
Quae candore nives, & pulcro corpore camp
Lilia devincunt: velut & cum surgit in ortu
Perq; micat nitidas conjunx Tithonia nubes,
Scurubet ut niveo sanguis cum lacte remixtus:
Nostris virginibus facies ita pulcra rubescit,
Purpureumq; refert splendens & amica colorem.
Sicut & argentum specioso laeet in auro:
Ihis sic tenera mala, si ora resurgent.

Qualiter

Civium
αὐθρο-
πισμός.

Virgines &
feminei
decoris
ἐγκώμιον.

Thetis Pelei
Thessalia re-
gis uxor Ne-
rei marini
Dei filia &
Achillis ma-
ter. Obid. lib.
12. Meta-
morph.

Qualiter Eois surgit cum Lucifer undis,
Oceanum radys & prata virentia vstis:
Pulcra verecundo lucent sic lumina vultu,
Pellit ebur corpus, crini flavescentior auro est,
Involitans humeris penè & vestigia verrens.
Præstant labra rosas, ipsas & colla pruinas
Vincunt, nix manibus cedit: Veneremq; mamille
Ac Helenen. Planta generosum candida marmor
Brachia, crura Thetin, unychemq; albedine vincunt.
Sub pedibus ridet cellus, effulgeti ocellis
Nobilis effigies venerandi plena pudoris.
Carminè quis dicat tot dotes, gratia mirè
Subsequitur, quacumq; rotant vestigia plantæ.
Hinc animi simplex habitus, vultusq; modesti
Gratia cum studio virtutis aperta probatæ
His documenta ferunt vitæ testantia castos
Non aliquo turpi mendosos crimine mores.

LOCORUM ET A- MOENITATVM INTRA ET EX- tra suburbij Pomœria præcipuarum descriptio.

HÆC ego de varijs quibus oppida patria rebus
Efflorent, oecini, modò sed potiora, celebrant
Mœnia præcipuas intrâ que carmine laudes,
Haud facile & fiunt sevis obnoxia fati,
Invida que non fors, sed amat fiducia mentis,
Prudentumq; regit solertia magna virorum,
Usg; quibus volupe est, quo tanto Curia flore
Germinet, atq; loci nomen super astra levetur.

Nunc

Nunc operis nostri, pulcerrime Phœbe, repertor,
Eja per aratas placet hinc contendere portas,
Quem mihi postremum concedas queso laborem,
Amplius urbanis oculos depascere rebus
Atq; venustatem juvat aspectare, domorum
Quam structura parit, cultis cum ruris agellis
Extra fundatis patrij promœria regni.

Quid juvat innumeris cantare suburbia verbis,
Tectorum licet hic etiam sis copia presto;
Ecquis at exiguo tam tempore cuncta referret,
Omne vel exactum decus exornaret ad unguem?

HOSPITA principio spectemus PAUPERIS
IRI

TECTA, jacenti intra qua portas, scilicet HALAM
Versus qua viridi via monstrat ab AGGERE gres-
sus.

Ægris apta domus multo stat structa parata,
Hos ubi quos & inops atq; agra senectâ fatigat
Munifici curat promptissima dextra Senatus.
E quorum numero fidei sunt quippe probate
BINI, qui rectâ dispensant singula lance,
Et potius tantò vigilant ut alantur egeni.

Vivunt conjunctim sano qui corpore duros
Viribus absumentis nequeunt tolerare labores,
Quiq; trahunt agris vestigia languida membris,
Conatu & gressus agro tardos torquentes,
Cana quibus gelido sparsit candore senectus
Cesariem, vultus ac ruga senilis aravit,
Cessarunt validas artus & carpere vires,
Quos vel pauperies & inopia fulminis ictus
Indevitatus seu sola infirmior aetas
Degravas: hinc quorum pallentes lurida morbi

I

Semina,

SUBUR-
BIA.

XENODO-
CHIUM in-
tra Portam
Halensem.

Xenodochij
prefecti.

HORTUS
Xenodochio
adjectus.

TEMPLUM
Xenodochio
contiguum.

Schieß-
graben.

Porta Curva
das Frum
oder Gra-
benthor.

Semina, depascunt artus, habitare seorsim,
Intereaq; solent stabilem expectare salutem.

Hortus odoriferis hic frondet consitus herbis,
Quem rigat exiguo strepitans cum murmure rivus,
Educat hic ramos, mitissima poma ferentes,
Frugifera superas postquam, nituntur ad auras
Verticibus stipites, viridanti & culmine nutant,
Et quaecunq; pio largitur dona colono
Annumerare solet plenis hac fructibus illi.

Aedes has juxta divo de nomine dictum,
SPIRITUS alme, tuo TEMP LUM stat, saxea moles
Quod firmat, multa quod religione vetusti
Excoluere Patres, pleno agmine saepe frequentes
Thuricremas donis mactando frequentibus aras,
Pinguibus & pecudum cumulando altaria fibris,
Surgebat fumus quibus hinc sublimis odore.
Hic è praconum sacro ordine praesidet unus,
Instillans agris gratum pietatis amorem,
Fidus & irriguas fundens solaminis undas.

Magna fuit veterum probitas, qui talia quondam
Pauperibus statuere suis habitacula, benignos
Donando sumtus, animi signacula benigni,
Quod merito durat specimen pietatis honestum.

Quis facit hoc hodie priscorum exempla secutus?
Immo non pauci BONA quae pia ritè vetustas
Pauperibus, CHRISTI QUAE Scholis legavit, abusu
Audent illicito, turpiq; absumere luxu.

Hic domus & sese propè pomis induit hortus
Quo cives mittunt à curvis tela balistis,
Tela rebellantes reprimensia fortiter hostes,

Ist hinc cum fessas circum spaciaris ad illam
Portam, quam nostri CURVAM dixere priores,

Fossas

Fossas quas pinnis pellunt ac flumina pisces,
Squamigeri vitreo pascentes gurgite pisces,
Qui varijs placidas exercent lusibus undas,
Lascivi in celeri sedantes aëra saltu:

En mox se monstrant tibi nostra SUBURBIA, passim
In quibus illa cohors stabulat, quam longior usus
Edocuit foccos è molli texere lanâ,

Qui varijs laudata locis satis oppida reddunt.

Hic quæ præcipuè res est dignissima visu,
Est LOCUS ille SACER, quo corpora sancta piorum,
Quippe animis exuta cubant, tumbisq; quiescunt,
Orcifragi reditum ducis expectantia CHRISTI,
Ossa reducturus gelidis putrefacta sepulcris,
Corporibus conserta suis, renovatq; membris.

Rursus & immittens simul bis animas caloresq;

Exanime aërias corpus vecturus in auras,

Aurat asq; domos fulvi pansurus olympi,

Inq; novum corpus florem immortale redibit,

Venerit ille poli Divum cum Rector ab astris

Æthereis, ultor totum quo judicet orbem,

Surget & è caelis pictos delapsa per arcus

Iris perpetui fidissima nuncia pacti,

Insigni decorans nitidum curvamine cælum,

Et picturato cingens velamine nubes,

Undiq; quas varijs miranda coloribus ornat

Dum Sol ardentes radios in nubila jecit.

Perq; citas hominum vitæ Deus arbiter auras

Lapsus ab immenso gentes citò colliget orbe,

Ac immortalem membris afflabit honorem.

Disquirens vitæ cursum moresq; peractos,

Ingenuam à quovis rationem poscet aperte

O quam tunc mœstæ voces, tristesq; querela

Suburbium
Dienstadt.

Tibialium
Textores.
COEMITE-
RIUM.

CHRISTVS
futurus mor-
tuorum &
vivorum Ju-
dex.

Schwip-
bogen.

in ingressu
Cemiterij
numero 13.

Sepultura &
Epitaphium
insigne Da-
suis Pfeffe-
ri Quæstoris
quondam
Delicensis.

CHISTHO
tore in
Cippi.

TEMPLUM
D. Virginis
in medio Cæ-
miterij.

Parentum,
Fratrum &
Sororum mo-
numentum
& deplora-

Cum fletu luctus pariter fundantur inanes:

Nil tamen hic lacryma, nil vota precesq; valebunt.

Prima statim bis sex teretes intrantibus arcus

Ac unus fulti pilis hic limina pandunt,

Totum opus è puro constructum est cernere Saxo.

Hic clari subter P F E F F E R I nomina quondam:

Quæstoris spectas alto signata sepulcro;

Depictæ circum quod laudibus arte figuræ

Nec non sanctiloquis inscripta vocabula gnomis

Ornant, P F E F F E R U S cultor placidissimus æqui,

Et decus & patriæ vivax florentis imago,

Maxima nostrarum pariter fiducia rerum,

Afflictis portus, pressis tu elæ Camœnis.

Undiq; sanctorum circum monumenta refulgent,

Aurea quæ fixit cruciatis litera cippis.

Non igitur fas est ulli violare protervâ

Hæc loca sacra manu vel conspurcare nefandis

Sordibus, ob sanctos cælesti sede receptos.

Antiquis medio faxis hic area monstrat

Astructum T E M P L U M, pilis firmisq; columnis:

Suffultum, sculptis una præsigne figuris.

Et picturatis decoratum riuè tabellis:

Intus, Amazonio circum fulgentibus auro,

V I R G O beata cui nomen venerabile fecit.

Hic animis sacri defunctis dantur honores,

E carbedrâ dum plena sonat solamina præco,

Et pia decantat Phœbeus cantica cætus,

Hinc quibus erigitur conjunctæ concio plebis.

Ast anima dulces, cineres salvete paterni,

Umbraq; tu dilecta mihi salveto P A R E N T U M.

O fratres, ô vos charæ salvete sorores.

Cur adeò genitor, primo me deseris ævo?

Quid

Quid fera fata juvat crudeles pandere fauces,
Dentibus inq; meos digitisq; volare cruentis?
Cur juvat ante dies inmitia numina Parca
Scindere fila meo genitori? perfida Clotho,
Heu cur non Lachesis, cur non paulò amplius illi
Atreos elongastis iter? par crimen habetis,
Criminis atq; ree vos omnes estis agenda.
Qui facili potis est avertere damna Camæna,
Nec tamen avertit, culpabilis autor eorum est:
In nostrum nutu vos conspirastis acerbo
Damnum, non igitur vestrum excusabilis ulla est.
Nilne quod infringat vestrum conamen in orbe est?
Siccine demetitis crudeli singula falce?
Albis erit testis casum me sortis acerbum
Hunc scivisse minus subsidere Mœnalis urse.
Sed quos instantis preceptos turbine fati
Vult DEUS, hoc sue scie maturius addere cælo,
Æternâq; frui gaudet dulcedine vite.
Id mea sed mœrore gravi præcordia strinxit,
Extremas non antè mibi quod funeris horas
Illius aspectu nec non sermone paterno
Obtulerit fruere, vel dulcia claudere saltem
Lamina si ve viro justas exsolvere partes
Officij, mœstoq; pius comes esse feretro.
Nam placido vitæ mutat dum tempora fato,
Heu procul à patria me LEUCORIS alma fovebat,
Albis ubi tenues campos, & roscida lymphis
Prata secat rapidisq; sonans devolvitur undis,
Tum doctis viridi Musis operatus in ævo,
Conjungens Latius Grajas cum Pallade Musas.
Quam tunc in felix trepidas mibi vulnerat aures,
Sese remigio penna jactando per auras,

tio, qui men-
se Octobr.
An. 1598.
excepta ma-
tre, pestes qua
passim tum
temporis
grassabatur
obierunt.
Intijunior
ad Parcas.

Albis fluv.

Frater auto-
rus, qui in
bello Hunga-
rico An. 1601.
ex intensissi-
mi frigoris
Behementia
obiit.

Rumor, nec quicquam percussit acerbius unquam,
Fama nec ulla mihi fricuit quog, tristior illas,
Atq, hac tristifici plenissima charta doloris
Nuncia, T O B I A S quam frater amate ferebas,
O frater raptus primis inglorius annis,
Arma peregrino dum miles in orbe gerebas,
Armiferae latus caput oaejectare procella,
Mutua Turciaco spumant ubi bella cruore,
T U R C I A Teutonice pavor atq, infamia terra,
Scilicet à primis ut mercenarius annis
Servitium tolerare libens ac vulnera suescis,
Et toties vitæ manifesta pericla subire,
Fulmineo quaterent terras dum 'axa fragore,
Tormentis tenues muralibus acta per auras.

At licet haud patrium sine honore relinquere bustū,
Exequijs hinc vota tuis, pater optime, solvam,
Atq, tuo tumulo dona exequialia mittam.
Hic luctu casus quoniam memorabilis extat.
Rite Palestinos rores acthura Sabæa
Promite, vos nostri comites sermonis amici,
Suaviter balantes per mollia gramina flores,
Plenis veris opes calatbis effundite, pulcris
Lilia cum violis herbasq, sacrate virentes,
Quas non livor iners, nec mortifer ignis adurit,
Nec fera bella queunt rudis aut abolere vetustas.
Et quia non valui mox flebile fundere carmen,
Inijcebat ubi validos mors seva lacertos,
Nunc dulcescentū deductus ad ocia Musa,
Hæc tibi pro meritis luctus monumenta dicabo.

Epitædium
Parentis.
BDRNA op-
pid. Misn.
Patris pa-
tria.

Antiquæ primū nascenti mœnia B O R N Æ,
Exhibuere Patri cunabula dulcia quondam,
BORNA salutiflui fontis de nomine dicta,

Urbs

Urbs quæ quippe scatet jucunda salubribus undis.
Musas ut trepidas puer attingit ille labellis,
In primis nec non studijs fundamina jecit,
CIZA deinde vocat teneris quem plenius annis
Pallas ibi Parnassiacis lactavit in hortis,
Hic ubi docta Scholæ CIZENSIS sceptrâ gerebat
RIVIUS, ô ingens Romane gloria Linguae,
Illius assertor clarus qui munera passim
Magno Germanas studio dispersit in oras,
Et Latias mirè docuit resonare Camœnas,
Pieridum lumen, Latiaq; corona loquela.
O quàm dulce tonare, simul quàm grandia sœvit
Fundere, Suadela talem si fortè diserto
Delius ore virum jussit tractare labores,
Semper in illius vocem stupefactus adhasit
Quilibet, atq; gravi mulcentis ab ore pependit,
Ile Periclaos quoties dedit ore sonores.

Semina sic rectè coluit dum sedulus artes,
Hic ubi CIZA jacet pinnatis inclytâ templis:
Laurigeros genitor meus hinc invisere colles
Parnassi cupidus Phyliræa gaudet in urbe,
LIPSIÂ quâ mites Musarum nutrit alumnos,
Gavisus dulces Phœbi lustrare recessus.

Inculpatâ fides, pietas pax, candor, honestas,
Illius ornatus in vitæ flore fuerunt.

Munia cujus arans virtus animosior ora,
Audiit ille frequens oracula sancta Tonantis,
Sæpè domi privis eadem recolendo diebus.

Duplicis officij diversis publica gessit
Munia temporibus: præstabilis arte canendi
Primum dulcisono CANTORIS munere fungens,
Artibus & vero viridem pietatis amore

Quatuor

CIZA urbs
locus studio-
rum Paren-
tis profectio-
rum.

Iohannes Ri-
vius Orator
insignis, tum
temporis
Scholæ Ci-
zens. Rector.

LIPSIAM
capiendi ube-
rioris & per-
fectioris lite-
rarum cultus
gratia con-
cessit.
Vita hone-
stas.

CANTORIS
officium in
Scholâ Deli-
tiana per
annos 17.
functus est.



SENATO-
RIS annos 19.

Quatuor eruditè ferme per lustra juventam,
Altricem Sophia puerilem ritè palastram
Hic ope, prasidio, studioq; fideq; beavit.

Inde, SENATORIS bis sex perfunctus honesto
Annis officio patrium per sæpè Senatum
Consilio juvit, presso servire clienti
Promptus erat: quassæ velut aura benigna carina
Aonidum miseris ultrò succurrit alumnis,
Publica privatis præponens commoda rebus.

Tandem fortunam satis hic expertus utramq;
Tristificis rapitur multorum fletibus, eheu
Pegasidum tollit quem mors validissima victrix,
Exuvias hinc busta fovent, sed vivit in ance
Spiritus at hercæ feliciter ante Jehovaham.

Felix qui fluidi metas ita transigit ævi,
Letus ut excelsis cum CHRISTO vivat in auris,
Heu quàm terrigenis citò transit amabilis ætas,
Ne vè diu durant natura semina nostra.

Quicquid agis frustra est, transit velut umbra caduca
Quæ ventosa tumet perversi gloria mundi.
Nil præter lacrymas sapit & suspiria nostra,
Vita, sat est hæc sine bono si clauditur acta.

Hos satis est elogos patrio fecisse sepulcro,
Vos reliqui FRATRES, GENITRIX, cognata SO-
RORES

Pectora, tranquillo pariter requiescite somno:
Æterna certè lucrantes gaudia vitæ,
Templa beata colit quæ gens sublimia cœli,
Gaudia Christigenis dulcem portantia vitam.
Vivite cœlesti patriâ, quam luce perenni,
Perpetuisq; opifex rerum fulgoribus implet,
Ullus ubi nunquam perumpit gaudia luctus,

Perfun-

Perfundit sed gratapys tunc corda voluptas,
Et dolor in volucres dispergitur anxius Austris.
Vos dari nunquam poterunt pervertere casus,
Estis enim in medio rerum jam turbine tuti,
Non vos arumna, non ulla pericula terrent,
Dum datur in caelis mensis accumbere Divum,
Dulci ubi ponentur spumantia nectare pocla.
Ulterius non mors ullo vos eximet aeo,
Eg, manu poterit CHRISTI vos tollere nemo,
Immeritis quae se cruciatibus obtulit ultio
Ac mortem nostram redi vivam morte domavit,
Morte sua absorbens aeterna spicula mortis:
Illius laetum tandem expectate triumphum
Quando triumphanti similis super aera iudex
Pro merito cunctis tribuet sua premia CHRISTUS.

PUBLICA sed praeter predictas HORREA laudes,
Intra quae sita sunt quoque nostra suburbia, restant,
Almae quae Cereri pacis sacrantur alumnae.
Spontè suam possent equidem decus illa mereri,
Cultos praesertim, quibus exornantur, ob hortos.
At magis baud modico res collaudatur ab usu,
Fertilis & quidvis cultor praedives agelli
Audiri mavult, ac horrea farris acervis
Triticeisve simul plenissima foeribus esse,
Exterius quam vel regali splendida luxu,
Intus & interea quavis vacuantia parte.

Dulces hic hominum fruges ponuntur in usus,
Largior arborum messis cum saepe retundat,
Luxuriando suis turgescit & annus aristis.

Infauste juvat hic cladis meminisse, maligna
Cum flammæ damnis, aliquot quas horrea paucos
Ante tulere annos, summo de culmine tristes

HORREA
in suburbio.

Incendium
Horreorum
Senatus, ex-
ortum mense
Decembri
An. 1654.

Riphei mon-
tes sunt in
Scythia, à
perpetuo
ventorum
flatu sic dicti,
πῖνξεν
enim Grecis
flare signifi-
cat.

In cineres, tenuesq; simul resoluta favillas,
De subito penitus sevis & subruta flammis.

Heu quis adest hominum, qui tristia flebilis unquam
Deplorare satis queat hac incommoda fati?

In stipulas veluti Riphæis actus ab Euris.

Ventis de rapidis immansuetissimus unus.

In saevire solet Boreas, commotus aperto

Omnia confundens, miscensq; incendia campo:

Sic furit arentes irati accensa vorago

Vulcani in stipulas, laudati tota Senatus

HORREA vastando, summoq; in culmine tecta

Ignis atrox terris equans fumantia rumpit.

Tumq; ita nocte micant de rubris omnia flammis.

Quae se certatim sic exhortantur in iras,

Ignis & involuit nigricantibus oppida fumis,

Proh dolor exoritur tota per tristis in urbe,

Ingenti totam luctu qui concutit urbem,

Hinc atq; hinc clamorq; virum, magnusq; ululatus

Fœmineus, late resonant plangoribus ades,

Ac omnem infelix vulgatur fama per urbem.

Attoniti glomerare manus, succurrere tectis

Occipiunt, vincit summum jam flamma cacumen,

Infusas quae spernit aquas, spes penè videtur

Interiisse, dolens acceptum quisq; bonorum

Damnum, rem placidâ committit mente Tonanti.

Has sed flammiferas vobis, ô horrea, clades

Intulit borrendis ruber ore trifarcifer ausis,

Qui nocuos hostis tectis clam miscuit ignes,

Prava ministravit pariter cui factio flammis,

Laeserunt Cereris fœtas quis duriter ades.

Hec ubi gliscebant incendia mille. December

Sexcentos refluxis numerat cum quatuor annis.

Tristibus

Incendij hu-
jus origo.

Tristibus bis PATRUM sic HORREA percit a fatis,
En novus ignis, opus vix expectando resurgens,
O fors infelix, in opinos ingerit ortus,
Qui facit ut summo de culmine parte vicissim
Posteriore ruant infestis horrea flammis,
Qua dum se glomerant caeli propè sidera lambunt,
Tota gravi subito quatientes oppida planctu.

Has movit gelidis cum nimbis densior aër,
Horrificis ruptus sine more tonitribus, atq;
Dum facit ingentes operante vapore sonores,
Fulminat, ex Austro fulgur miscendo tremendum,
Quod trepidos reges, altas & territat urbes,
Et sternit subito mortalia corda pavore
Ex angui trepidis & solvit frigore membra.

Verticis aetherei facies in imagine tristis
Tunc erat, in silvis Aquilo stridebat olympus
Insciebatur nebulis, & pectora sevi
Elisi excussis terrebant nubibus ignes,
Nubi vagus q̄ crepans fragor atq; ruente ciebat
Concussas tonitru nubes & fulmine rupta
Aethera flammivomo transibant lumine rima,
Dissultansq; polo miscebat murmura Caurus,
Obscurâ nitidum torquens caligine caelum.

Luctantes alij rursus per inania grande
Prælia tollebant diverso à cardine venti,
Atq; sonororum nimborum insueta fremores
Et tollens hinc inde minas densum agmen agebat
Turbo turbineam simul & torquendo furentem
Per nubes hyemem quatiebat grandine terras,
Omnia momento quasi perdere vellet in uno.

Hamentem pice à frontem caligine velans
Sat notus tepidus Notus alas imbre rotabat

Alterum
Horreorum,
cibium ali-
quot incen-
dium, ortum
ex ingenti
tempestate
die Veneris
circa meri-
diem ante
Fest. Pente-
costes Anno
1606.
Tempestatie
prænominate
diæ 24. 25.



Atq; minabatur nimbis glomerare supernè
Hinc tempestatem nubes collecta nigrantem
Frigidus Arctois unà surgebat ab oris
Horrifico Boreas flatu contraria torquens
Bella ferox validas urgendo praelia vires
Exercebat atrox sedis stridoribus aër,
Atq; tremiscebant tonitru persèpè sequaci
Ardua terrarum & campi, cœlog; ruebat
Turbidus imber aquâ, densisq; nigerrimus Austris.
Quis DEUS ò Muse nobis hæc aspera fecit
Damna, vel ò quæ vos tristis fortuna coëgit
Horrea tot subitas miserè per ferre ruinas?
Scilicet in duris virtus micat inclyta rebus:
Horrea nam tantis agrè jactat a procellis,
His tamen eluxère malis, nec proflus acerbo
Fracta dolore quie verunt, nec motibus acta
Fortunæ rapidis jacerunt obruta flammis,
Jacta sed in cinerem, mæstam simulatq; favillam,
Consuevère statim meliore resurgere sorte.

Ac ita bis nuper ceciderunt nostra repentiè
HORREA, Mulciberis rabie combusta furentis,
Ructantis sævos iratis faucibus æstus.

Tanta sed horresco tremulis percurrere verbis,
Sufficiatq; mihi semel hæc vidisse pericla,
Solennes paulò, quæ luces antè crepabant,
In quibus æthereus divini flatu amoris
Templa suis resonare facit solennibus hymnis,
Sextus tunc aderat cùm sexcentessimus annus.

Qui legis hæc tristes hos corde dolente labores
Respice, nostra parum faustis quos oppida fatis
Sustinuère, qua si restant quoq; damna, precare
Tranquillo patriæ felicia fata tenore.

DAMS

Dum tua nunc extrâ PORTAM vestigia flectis,
 Nomen ab ARMENTIS fecit cui longa vetustas,
 Per quam quippe gregis consueta in pascua custos
 Haud rarò pecudes abigit ratione carentes,
 Quam propè magnanimi patulum stat ovile Senatus,
 Hic ubi lanigera suescunt stabulare bidentes:
 Ecce tuis oculis dextrâ LATERARIA parte
 Obijcitur FORNAX, nigro & fumantia fumo
 Tecta, quibus lateres subjectus percoquit ignis,
 Primum duratos, prius & solerte paratos
 Dextrâ, turrigeros ornant qua pondere maros.

Ædibus in proprijs ne cuiquam tecta vacillent,
 Ne vè eadem pluvijs malè corrumpantur ab undis,
 Undiq; sive domus pateat tibi per via ventis,
 Singula mirificâ fornax hac arte resarcit,
 Cujus ad inventor Cyniras rex exiit olim,
 Hactenus ut rerum prænuncia fama probavit.

E regione DOMOS hæc excipit ordine fornax,
 Hic ubi CERDONES salicum nemus inter amœnum,
 Mollibus atq; lenes spirantes flatibus auras,
 Degunt, & flavo concinnant pollice pelles,
 Consuere unde queat sua calceamenta fideli
 Sutor acu, plantis benè qua vestigia firmant.

Est à PLANITIE locus hic ita dictus amœnâ,
 Quem placido perflat Zephyri levis aura susurro,
 Ac lente salices passim quis consitus extat,
 Et laudant rigui labentes murmure rivi,
 Quorum prætexunt viridantes gramene ripas.

Istas post ædes ingens erecta stat arbor,
 Cui super imponunt volucris simulacra quotannis,
 Latus circum aperit multo se gramine campus,
 Confluit hinc hominum, juvenumq; virumq; caterva,

Blehe-
Thor.

Obile Sena-
tus.

FORNAX
LATERA-
RIA.
Ziegel-
Scheune.

Coriariorum
Ædes vulgò
der Gerber
Plan,

Ceraminum
& Exercitio-
um Locus.
Vogel-
fang.

Das Vo-
gel ab-
schießen.

Et capit urna brevis dubij jactamina Sortis,
Qua tamen inde vago quodam mox ordine red dit.
Hinc validis acres incurvant viribus arcus,
Pro se quisq; viri, prominentes tela pharetris,
Arcubus & celeres certant torquere sagittas,
Impulsus nervis, majora negotia quando
Non retinent ipsos lassatos mole laborum.

Jam volitant crebra nervo stridente sagitta,
Alitis errantes aures & tempora circum.
Ast honor eximius merita & fiducia laudis,
Amplaq; parta manu victrici premia tandem,
Tum pariter manuum, certoq; in iuminis ictu
Atq; favore pio Pharetrata sepè Diana
Et Phœbi, parilem nervis qui temperat arcum.

Conorum lu-
dus.

Pars cupidis vibrant manibus diversa rotundas
Longam in planitiem sphaeras, teretesq; labore
Evertunt facili conos, bona premia victor
Obtinet, & variâ ludit ratione juvenus.

Alite dejecto celebrant convivium leti
Mutua, pacifici retinent quies pignus amoris,
Quod fecisse ferunt iidem Cythereius heros
Se vi post pelagi discrimina maxima fidis
Constituens socijs siculis certamen in oris,
Gratis defessos epulis recreando sodales.

Schieß-
heußlin
è quibus fit
exercitium
& certamen
jaculandi
bombardis.
Vulgò
Mosch-
quetten.

Hic quoq; stant CASULÆ spacio distante, dicata
Ufibus assiduis, exercitioq; frequenti,
Martia quâ cives exercent arma, virentes
Ærea bombardis jaculantes tela per agros,
Quis metam indigitant, extrusis impete vasto
Ac diro sonitu, simul atq; tonante fragore
Glandibus è plumbo diffusis, pulvere cocto
Ferventi nivri de spumâ quippe rubentis,

Os



Os stimulan e cavum cum pingui aspergine flamma,
Cum flammis piceis glomerante vclamina furni.
Et lucra victores, victi sua damna reportant.

Est exercitij genus hoc laudabile, docto
Indicti juvenis dignum tentamine, duri
Aspera quo dantur faciles ad munera Martis.
Sapius id fortes animi, regesq; ducesq;
Tractare, solent & adhuc tractare frequenter.

ALATA vicina MOLAS, mirabile visu,
Hic loca commonstrant abrupto in vertice collis,
Quas Notus atq; Eurus, Zephyriq; valentior aura
Cum Boreae exagitat justo pro tempore flabris,
Assiduis alacres patulas appulsibus alas
Illarum celeri semper versare rotatu.
Nec non insignes lapides, & volvere motu
Intus continuo prae grandia saxa parata,
Dona quibus Cereris dulces franguntur in usus,
Ampla quae veteres pila congesta terebant,
Ars cum prorsus adhuc pistrini operosa lateret.

Ut quis conspecti celeberrimus ordo Senatus
Extruxit, sileam reliquas hinc inde benigna
Spontè moletrinas sumptu diversa per arva;
Enea praecipue, spectat quam PORTULLA, floret,
Quae jacet inter eam, simul & quae dicta ROSARUM est
VALLIS amœna viam, letis jucunda viretis,
Multiplicem prisca quam Patres urbis in usum
Impensis ul: rō struxere salubribus olim.

Quattuor exterius rotulas tenet alveus acer
Pisosi LOBRIDIS quas urgite voluit aquoso,
Attritus LOBRIS solidarum limes aquarum,
Prata scians udis aptus lotricibus amnis.
Interior totidem lapides habet illa molares.

MOLAE
LATAE.

Stadt-
Mühle.

Vallis Ro-
sacea,
der Rosent-
thal.

Lobris sub.

Munera

FONS SA-
CER,
der Heilig
Brunn.

Munera qui frugum molitant, redduntq; farinas,
Inter spumantes rota dum celer ingemit undas,
Et volucris vitreas voluit gyramine lymphas.

Vix ut ab ALATIS centum das poplite passus,
FONS SACER en sese nitidis argenteus undis,
(Quales largisuis hinc nostra per oppida venis
E terra abstrusis remeant, cæcisq; cavernis
Subter humo in laticem dum frigore cogitur aër)
Ostendit, circà permista floribus herba,
Quas liquor humentes gemmans irrorat abundè,
Nec non gramen adest, alit hic quod proximus humor,
Lenibus eductus Zephyris, aurâq; salubri.

Ille salutiflua fons est prædives aquai,
Lene fluens semper gemmantes radit arenas,
Et placido nitidas undas cum murmure volvit,
Civibus usq; scatens communem dives in usum.
Qui libet hunc a quo veneretur honore viator,
Ætheris & tanto celebret pro fonte Monarcham,
Perpetuò dulces ut Venas fundat aquarum.
Nemo commaculet, magis hunc defendite cives,
Vulgaris ne fors talem qua puella prophanet,
Membra vagam in Venerem solvens, temeransq; pudorem,

CAMPI.

Lascivo cuivis certo mercabilis ære.

Sunt circum circà plani lateq; patentes
Campi, dissimili florum virtute nitentes,
Florescens varios tellus quorum aflat odores,
Hic ubi tota boum custos armenta recenset,
Illaq; seu rapidis ardet fervoribus æstas,
Promifer aut teneras Autumnus porrigit uvas,
Pascit, & hinc saturum pecus omne recedit, & affert
Ubera grata domum nivei plenissima lactis.

Jam

Jam blando armeni mulcet decus ore Magister,
Ambulat & juxta, baculoq; innixus agresti,
Nunc paullo gracili lentus requiescit in umbra,
Ac lustrat pecudes, ibi gramina leta metentes,
Non secus ac olim pendentes rupe capellas
Observans Phrygia Paris ille quievit in Ida.

Sepius è molli corio quem consuit, idem
Corripit utriculum, calami & resonabilis inflat
Cum propè dispositis aures, ac aëre replet,
Efflatisq; movens pastoria sibila buccis,
Carminè silvestri taur osq; suesq; relaxat.
Luxuriant, saliuntq; greges ac frontibus acres
Exercent pugnas, & inertia vulnera miscent.
Stant aliqua intere à muta, mussantq; juvenca,
Maxima pars avido partim viridantia morsu
Gramina detondent, & mollia pabula carpunt.
Cespitè pars etiam decerptas ruminat herbas,
Pars procumbit humi stolidas pars arrigit aures,
Ac oblita sui miratur carmina secum.

Hos intra cernis viridantia prata, susurro
Passim quæ leni circumfluus alluit humor,
Et florens tellus gemmantes vere per herbas
Atq; notat varijs distincta coloribus arua,
Prata suis letè semper rorantia rivis.

Dos sua cuiq; loco, nostris quoq; gloria Pratis.
Dulce ferunt teneris hæc oblectamen ocellis.
Florum diversos submitunt blanda colores,
Tollit odoriferam quivis de cespitè sylvam,
Graminibus per amœna suis, vernantia suavi
Herbarum cultu, vitreoq; madentia rore
Naribus humanis grates dant semper odores,
Quos parili tenuem ratione per aëra spirant.

L

Dulcia

Pascuorum
Loc. 16.

Cum mater
utero ferret
Paridem,
somnia bit se
parituram
faciem, quæ
aliquando
conflagraret
Ilium: quod
cum intexis-
set Priamus,
natum in-
fantem ex-
ponit. Mater
filij formo-
siss. misera,
curabit ut
furtim nu-
triretur à
Pastoribus in
monte Ida.
Pratorum
amœnitas.



Ruric & A-
grorum fer-
tilitas.

Dulcia lactigeris eadem sat pabula vaccis
Mergite sufficiunt; leno, reddentia dulci
Spumantem multò quoq; largius vberè mulctam.

Largos quid referam proventus raris amœni,
Et letas quas dives ager producit aristas?
Fertiliter gignens cum triticeis, far, avenas,
Linum pisa, fabas, rapas vicer, bordea, culmis.
Pondere præsertim curvi renovatus aratri,
Ac studio pariter cultus solerte fidelis
Agricolæ, gnarus patrio qui prospicit agro,
Quem fugit baud ardens unquam vigilantia cautum.

Hic se matutinus agens, operi acriter instat,
Ante fimo terram pingui saturando subactans,
Sparsaq; proscissis committens semina glebis,
Efficit, ut rarò nostris dominetur in arvis
Carduus & lolium, quod stivas inter arenas
Urit agros, gravidas & messes sæpè fatigat,
Unde laboriferi vacuâ plerumq; paterno
Spe teneræ segetis capiuntur, jure coloni,
Quos sperata seges vanis eludit aristis.

Gargarus
vel Gargara
cacumen est
Idæ montis,
teste Macro-
bio, imbricis
frugum ob-
tate affluens.
Trinacria in-
sula est ma-
ris Tyrrheni
angustissimo
fretu ab It-
lia detenta
pica.

Ceu flavae descendentes mirantur Gargara messes,
Et letas divos segetes Trinacria jactat:
Sic nos DELITII Cerealia tollimus arva:
Non facile inspicis sata segris obsita dumis
Herens lappa premit, neve illa recondita sulcis
Opprimit hostilis sub inertibus humor arenis.
Ilic quoq; non steriles campis dominantur avenæ,
Arva nec ulla sili, vel acutis obsita spinis
Roboris experti messes frustantur in herbâ.
Nec temerè expectat speratas arva fruges,
Rarius ad Dominum vergit quâ fœnus ab agris,
Sed magis hæc segetum gravidis targescit aristis,

Semper

Semper & agricola votis respondet agrorum
Fertilitas, magno cum scenore semina reddens,
Horrea distentant plenis qua farris acervis.

Arvis & Pratis HORTI, viridesq; recessus
(Vester bonos nostro, crescat quoq; carmine dignum est)

Culiu floridulo respondent, limite circum
Septi, qui certis distinguunt finibus illos,
Scilicet evitent ut mutua semper amara
Unanimes inter se cives praelia linguae.

Fucundos suescunt hi vere repente frequenter
Secessus formâ bellis præbere puellis.

Non facile Alcinoi cedunt & Adonidis hortis,
Aut vigil Hesperidum Draco quos servavit in agris.

Obliquis calamis hic prætextentia ripas

Voluntur resono per easdem flumina lapsu,

Atq; subest gelidis manans è fontibus unda,

Quæ teneris, placidum rivis sonat orta liquorem.

Istis tot cernis quot fert natura colores.

Hic per amœna tibi nunquam viridaria desunt

Dulcia frondosis pendentia Persica ramis,

Mollia nec succis liventia pruna benignis,

Aspectu solo tenerum invitantia morsum,

Nec vel odorato quoq; mala Cydonia flore,

Poma nec umbrosa, pyra sive rubentia fronde,

Aut quæ luteolis certant flavedine chalcis,

Hic vel deficiunt, alio vè cacumine languent,

Pomifer autumnus quoties sua munera mittit.

Cunctas, qui pulcro nascuntur in arbore, fœtus

Succincto mandare libro, brevis hora recusat.

Insuper his olerum largissima copia crescit,

Assiduo gignens hortensia fœnore lucra,

Suaviter hic balant sparsi per mollia flores

Hortorum
amœnitas.



Gramina, picta quibus vernans humus erit et, alma
Quas Venus, insignis tenerorum mater amorum
Cum nemorum Nymphis, recolentibus arua Napais,
Et bellis simul ungue meritis candore puellis,
Compta quibus cingunt nexis sibi tempora sertis.
Illa coronato nitida pars vertice frontis
Gestat, pars charo primi ceu pignus amoris
Mittit amatori, miles modò factus amori.

Hic rident varijs radiantes floribus herbae,
Fragrant hic violæ blando & ridentia vultu
Lilia, ruta, rosa, citrigo, lavendula, mentha,
Salvia cum chaltis, bellis, libanotis anethum,
Idalijs, decus jucundus amaracus horti,
Auras manè suos quæ mulcet odore per hortos.
Rosmaris hic latè cum nardo jactat odores.
Purpureus posito tenerum narcissus amictu
Erigit hic caput, & tollit sua colla papaver,
Desubito ad nemorum ramos se subijcit atq;
Implicitis alvo tumefacta cucurbita virgis.

Curva quis Hetrusei citius non littera Ponti
Aut Lybicæ bibulas terra numeraret arenas,
Omnes quàm florum species? hic sponte remittit
Hortorum quas dives humus, quæ consita partim
Cultori varias quoq; fert feliciter herbas,
Fortiter in Clariâ quæ profunt arte medendi.

Pennarum celeri volucrum genus omne volatu
Aëra metitur passim loci talia circum,
Ac per odora volat lati viridaria campi,
Implet & arguto fructicum nemus undiq; cantu,
Aures ac animos hominum mulcente serenos.
Hinc atq; hinc patulos residens pars abdita ramis,
Carmina per dulces edit resonantia cantus,

Integræ

Idalium Cy-
pri oppid.

Aërium cir-
ca hæc loca
per strepen-
tium cantu.

*Integrat & varios arguto gutture quastus,
Attonitos cui dat volucrum pars cetera plausus.*

*Vestigat latebras pars, & pars multa volando
Pars iter in gyros prædas circumspicit, inter
Pars se vulnifici concertat acumine rostri,
Hic parus hic viridis modulatur carmen acantbis,
Semper ovans resonosic gutture, gestit opacâ
Cantus argutas sub fronde inflectere voces.
Coccyz at cocyx, canit hic fringilla, canoras
Et variè voces iterat Pandionis ales,
Vocali placidum permulcens carmine cœlum,
Castibus & quamvis ex illis incidit ingens
Copia, qua tenero dat luxuriosa palato
Fercula, quas visco, calamo, pedicâq; dolosus
Nec non Sambuci cactis malè decipit auceps:
Plena tamen que vis adivum manet area campi
Omnis & illarum resonat concentibus hortus.
Deniq; nil facile est, nostrâ quod desit in urbe,
Quod cupidos animos, teneras quod mulceat aures.*

*Ergo qua multis, dulcissima Patria, donis
Gaudes, sorte tuâ, tranquillis utere fatis,
Nec vel fracta malis aliquo vel pressa dolore,
Abijce spes de te, contra sed fortior ito.
Sic pia te celsi servabit gratia cœli,
Fugiter & seros felix florebis in annos.*

*Hæc ego, qui studijs meritò tibi servio cunctis,
Pauca quidem cecini, propria sed propria laudi,
Et levibus numeris, crassâ tractatâ Minervâ
Carmina, censuras non effugitura serenas.*

FINIS LIBELLI POSTE-
RIORIS.

EDULIUM BENE
PIPERATUM PRO
ZOILO.

Sulte, quid irrides lepidorum scripta
virorum?

Esse satis scimus glabra labella tibi.
Desine subtili nimis hac censere cerēbro,
Aut benè purgèris dignus es helleboro
Tu qui DELITIUM blateras Deliriū in ò quā
Deliras stupido turpiter occipite.
Disce prius tenuē versum componere, quàm de
Carmine iudicium, turpis a selle, spuas.

I.

Ad Humanissimum & Doctiss. Dn. hujus
Operis Autor m,

HIERONYMUS HEIDEN-
REUCHIUS Delitianus Misniacus

Αναξάρτα.

Delitium edis? Sanè hinc ἔγωγο,
hinc niveus viri animus.

EPIGRAMMA.

Delitium fabricas multis Hieronyme magnum,
Qui canis atq; edis carmine Delitium.

Rem

*Rem sanè præstas magnam, qui talia præstas,
Atq; refer patriæ pectora grata tua.
Hincq; viri niveus animus, pietasq; resulget,
Fulget & in patriam hinc non nisi verus epus.
Hinc tibi surgit honos merito, nomenq; perennè,
Incola laudabit, posteritasq; tuum.*

Iohannes Stojus Delitianus.

II.

DELITII cantas laudes, & carmine bello
Effaris, modo quæ sint ibi DELITIÆ
Laus hinc à docta tibi fertur magna cohorte,
Ipsaq; posteritas te celebrabit ovans.
Tu namq; aggressus renuit quod sapius alter,
Incassum duces hæc subijisse onera.
Verùm cui volupe exiguos vitare labores,
Mox est quod gravius ferre tenellus habet.

Subjungebat

*Georgius Seidlerus Deli-
tianus.*

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a title or a list of entries.



1617

ULB Halle 3
004 828 046



VD17





70

OPUS
DELIT
DELIT

Exhibens De

Ædificiorum i

Laudabilem Poli
Locorum ire
mceri

Omnia in am

M. HIERO

Typis Joba

CI,

UM,

NIA,

NSIS

origo,

Σ ΝΑΤΙΣΤΩΝ
dii po-

etro

elitiani,

Ev-

